
3 1761 04296 1953

SCRIPTORUM ARABUM LOCI

DE

ABBADIDIS.

SCRIPTORUM ARABUM LOCI

DE

ABBADIDIS

NUNC PRIMUM EDITI

A

R. P. A. DOZY.

VOLUMEN TERTIUM.

LUGDUNI BATAVORUM,
APUD E. J. BRILL,
Academiae Typographum.

1863.

PRAEFATIO.

Alteri volumini operis mei de Abbadidis, quod anno 1852 edidi, tertium aliquando accessurum, neque lectores putaverant, neque ipse suspicatus eram; quapropter paucis causas explicare liceat, quare operi, quod absolutum videbatur, nunc supplementum adiungere visum sit.

Et primum quidem locorum Arabicorum, a me editorum, copiam augere volebam. Nam quum per plures annos nullus locus inventus esset, qui libro meo fuisset addendus, repertum est primum Ibn-Bassami volumen, quod Cl. Mohl possidet, qui anno 1861 ineunte illud humanissime mihi commodavit. In quo volumine inveni nonnullos locos ad Abbadidas spectantes, quos publici iuris facere quam maxime optabam, iisque praefationem satis longam praemittendam esse videbam

Multi praeterea Codices post editum meum volumen alterum in Europam delati sunt, ex quibus a me editi textûs corrigi poterant. Tacebo de Ibn-Khalduni Codice Londinensi, qui, quámquam autographi

auctoritatem habet, quandoquidem ab ipso auctore emendatus et locupletatus est, tamen fere nihil ad locos a me editos corrigendos contulit; sed alii mihi memorandi sunt: Codex scilicet operis al-Matmah, quem acquisivit Bibliotheca Lipsiensis, Codex Ibn-al-Khatibi, qui in Bibliothecam Berolinensem illatus est, et Codex voluminis tertii Ibn-Bassami, quem acquisivit Cl. de Gayangos. Memorandum mihi est praeterea fragmentum Algeriense, magnam partem locorum Ibn-Bassami, a me editorum, continens, et denique secunda pars al-Makkarii, quâ diu aegre carueram quaeque ante hos paucos annos emtionis iure in nostram Bibliothecam Leidensem devenit. His novis subsidiis instructus, meum librum multis in locis corrigere, locupletare et expolire potui.

Tertia aderat causa. Liber meus de Abbadidis opus est iuvenile. Ego vero nunc ipse meam audaciam admiror, qui scilicet eâ aetate non unum auctorem edendum mihi sumserim, sed fragmenta e multis, quorum quidem plerique ad Occidentales Arabes pertinent, at qui ratiocinandi et dicendi rationem habent diversam, quique inter difficillimos merito recensentur. Fieri itaque non poterat quin in multos errores (inter quos sunt quorum nunc me pudet) inciderem, nam editio princeps talium auctorum, quales sunt Ibn-Bassam et al-Fath, semper manca erit et imperfecta. Nonne videmus vel ipsos textûs Graecos et Latinos multis adhuc mendis laborare? Attamen per plura iam saecula viri doctissimi et acutissimi his emendandis operam navarunt, optimis subsidiis (Lexica imprimis intelligo), quibus nos in litteris Arabicis ca-


remus, instructi. Quid igitur mirum, si in locis tam difficilibus, ad quos edendos saepe unus tantum et misere corruptus Codex praesto est, haud semel erravimus, praesertim in carminibus, quae, ut discimus ex Ibn-Bassami praefatione, iam ipso illo tempore quo poëtae in vivis erant, corrupta circumferebantur?

Etiam nunc, ubi pauca aut nulla nova subsidia habeo, multa mihi obscura sunt. Attamen multorum annorum intervallum et linguae scientiam auxit, et limam acuit. Haud paucos locos felici quodam casu, vel diuturnâ et variis repetitâ temporibus consideratione, emendavi; sicque factum est, accedente novorum Codicum et amicorum ope, Fleischeri imprimis, viri a nobis, quotquot per Europam Arabicas litteras colimus, pro horum sacrorum antistite, venerandi, ut nova et multo melior editio parari posset. Sed de hac, in huius generis libro, cogitari non poterat. Quis enim typographus librum denuo recuderet, mole suâ et pretio laborantem? Nihil igitur restabat quam ut vetera in supplemento retractarem, confirmarem et locupletarem ubi opus videbatur, veras lectiones indicarem, versionem et annotationem corrigerem, errores confiterer, idque candide et simpliciter. Simul vero id studui, ut quantum potui afferrem ad linguae scientiam augendam et scriptores, ab aliis editos, emendandos; quo factum est ut saepe longiores dissertationes hîc locum obtinuerint.

Libri usus, fateor, nunc satis difficilis est, quandoquidem qui primum vel secundum volumen consulit, semper tertium evolvere cogetur,

ut videat quid mutatum sit, quid non; sed ut taedio liberetur etiam Addenda et Emendanda consulendi, quae primo et secundo volumini adiuncta erant, ad haec, ubi opus erat, in volumine tertio relegavi. Errores quos ipsi auctores contra historiam commiserunt, raro attigi, quandoquidem de ipsâ historiâ in alio opere egi; menda perparvi momenti, aut in orthographiâ aut a typothetis commissa, silentio praeterire malui. Monendum denique est, signum * typothetae errores indicare.

CAPUT PRIMUM.



§. 1.

Pag. 2 et 3. Hanc 'al-Fatḥ*i* ('Ibn-Ćāqān*is*) vitam contuli cum Codice Berolinensi (Petermann 75), qui *Marcazo 'l-'iḥāṭa* continet (de opere ipso cf. infra Vol. II. p. 170 sqq. et de Codice Berolinensi vide quae dixi in meis *Recherches sur l'histoire et la littérature de l'Espagne* I. p. 294 ed. alt.). Descripsit eandem 'al-Maqqarī*us* in Libro quinto partis secundae (ineditae), non vero ex epitome, sed ex ipso opere c. t. *'al-'Iḥāṭa* (de quo cf. infra Vol. II. p. 169). In universum hic textus convenit cum eo quem edidi, sed nonnunquam verbosior est, et continet quaedam in epitome omissa, quae infra dabo. Primum vero indicabo varias lectiones quae prae caeteris animadversione dignae videntur. Codicem Berolinensem designabo literâ B., 'al-Maqqarī*i* opus literâ M.

Pag. 2, vs. 7 a f. M. الفتح بن محمد بن عبد الله الكاتب من قرية تعرف بقرية الواد.

—, vs. 6 a f. Pronuntiandum est والمطمحَيْن in duali, nam ex 'Ibno-'l-Ćatīb*i* et aliorum (cf. infra) opinione, *duae* tantum exstabant operis *'al-Matmaḥ* editiones, non tres. Apud 'al-Maqqarī*um* hoc sic exprimit: تواليفه ومصنّفاته شهيرة منها قلائد العقيان ومطمح الانفس والمطمح ايضا وديوان مدوّن ۞

—, vs. 4 a f. Post قدره pone ' et post ذكره ''.

—, vs. 3 a f. Ante وكان معاصرا M. addit قال الاستاذ فى الصلة, i. e. 'Ibn-'Abdi-'l-melic 'al-Marrēcošī, qui deinde nominatur.

Pag. 3, vs. 12. Pronuntia مَضائك. Forma مُضاء in Freytag*ii* Lexico mendum est, ut saepius observavit Cl. Fleischer ad editionem Leydensem 'al-Maqqarī*i*.

—, vs. 3 a f. Lege والمطمحَيْن, et post بمراكش adde ex B. et M.: ليلة الاحد.

Pag. 4, vs. 3. Lege: *et duorum operum q. t.* 'al-Matmaḥ.

—, vs. 4 et 5. Correxi haec in Vol. II. p. 254.
—, ann. 9. Cf. Vol. II. p. 254.
Pag. 5, vs. 1 et 2, ann. 11 et 12. Correxi haec in Vol. II. p. 254.
—, ann. 13. Vide Vol. II. p. 254.
—, ann. 15. In 'al-Maqqarī*i* textu exstat reverâ ابو الفضل عياض.
Pag. 8, ann. 25. Vide Vol. I. p. 424.
—, ann. 26. Lege مَضاء; vide supra.
—, ann. 29. Vide Vol. I. p. 424.

In ipsâ *'al-Iḥāṭa* (apud 'al-Maqqarī*um*) nominantur 'al-Fatḥ*i* praeceptores. مشيختة روى عن ابى بكر بن سليمان بن القَصيرة وابن [1] عيسى بن اللَّبّانة وابى جعفر بن سَعْدون الكاتب وابى الحسن بن سِرَاج وخالد بن بشتغير [2] وابى الطيّب بن زَرْقون وابى عبد الله بن خلصة الكاتب وابى عبد الرحمن بن طاهر وابى عامر بن سرور وابى محمّد بن [3] عبدون وابى الوليد بن الحجّاج وابن دُرَيْد الكاتب ✿

In fine capitis exstat satis longa 'al Fatḥ*i* epistola, كَتَبَهُ عن بعض الامراء لصاحب الشرط. Hanc vero describere operae pretium non est; dabo potius illa quae 'al-Maqqarī*us* ex aliis scriptoribus de 'al-Fatḥo retulit, quandoquidem haec nondum cognita sunt. Unum 'al-Ḥigārī*i* locum hîc omittam, quia eum infra dabo ad Vol. I. p. 212.

قال [4] فى المُغْرِب فخرُ ادباء اشبيلية بل الاندلس ابو نصر الفتح بن محمّد بن عبيد الله القيسىُّ الاشبيلىُّ صاحب القلائد والمطمح ذكره الحجارىُّ فى المُسْهِب -- ولولا ما اتّسم به ممّا عُرف مِنْ اجْله بابن خاقان، لَكان احدَ كُتّاب الحضرة المرابطيّة بل عَلَمَها المستولى على الرهان، وانّما اخلَّ به ما ذكرناه مع كونه اشتهر بذمّ الاحساب، والتمرين بالطعن على الادباء والكُتّاب، وقد رماه الله بما رَمَى به امامَ علماء الاندلس ابا بكر بن باجّة فوُجد فى فندق بحضرة مرّاكش قد ذبحه عبدٌ أَسْوَدُ خَلَا معه بما اشتهر عنه وتَرَكه مقتولًا وفى دُبْره وتدٌ والله يتغمّده برحمته ✿ -- وذكره ابنُ دِحْيَة فى المُطْرِب ونَعَتَه بابن خاقان والشيخ

1) Recte se habet ابن; est enim ابو بكر محمّد بن عيسى المعروف بابن اللبّانة; v. *Orient.* I. p. 426, ann. *n*.

2) Legendum videtur: وابى خالد بن يشتغير; v. 'al-Maqqarī I. p. ٤٤٢, et de ultimo nomine cf. II. p. ١٧٥.

3) بن deëst in Codice.

4) Nempe 'Ibn-Sa'id.

ابو الحجّاج ينكر هذا وقيل انّما قيل له ابن خاقان لمّا تقدّم ذِكْرُه فى كلام الحجارىّ وقال ابن دحية انّه قُتِل ذبحا بمسكنه فى فندق بِبَيْتٍ من حضرة مرّاكش صَدْر سنة ٥٢٩ اشار بقتله علىّ بن يوسف بن تاشفين وقال ابو الحسن بن سعيد رايتُ فُضَلاء الاندلس ينتقدون على الفتح اوّلَ افتتاحه فى خطبة قلائده الحمد لله الّذى راض لنا البيان حتّى انْقادَ فى أعِنّتنا، وشاد مثواه فى أجِنّتنا، لكون ما تضمَّنَتْه الفقرةُ الاولى أصْوَب ممّا تَضَمَّنَتْه الفقرةُ الثانية والصوابُ عندى ذلك انتهى ✿ وقال ابن الأبّار فى معجم اصحاب الصَّدَفىّ انّه لم يكن مَرْضيًّا وحذفه أوْلَى من اثْباته انتهى ولذا لم يذكره فى التَّكْملة ✿ وقال ابن خاتمة انّه لم يُعْرَف من المَعارف بغَيْر الكتابة والشعر والاداب انتهى ✿ وما 5 حكاه فى الاحاطة من تاريخ وفاته مخالفٌ لما حكاه ابن الابّار انّه ليلة عيد الفطر من سنة ٥٢٨ قال وقراتُ ذلك بخطّ مَنْ يوثق به وحكى ابن خلّكان قولا اخر انّه توفّى سنة ٥٣٥ وهو خطأ على انّه حكى القول الاخر ايضا ودفن بباب الدبّاغين رحمه وقيل انّ قَتْلَه كان باشارة امير المسلمين علىّ بن يوسف بن تاشفين اخى ابراهيم الّذى ألَّفَ برسمه قلائدَ العقيان وقد ذكر ابن خلّكان انّ المطمح ثلاث نسخ صغرى ووسطى وكبرى والّذى قاله ابن الخطيب وابن خاتمة وغير واحد من المغاربة انّه نسختان فقط صغرى وكبرى ولعلّه الصواب ان صاحبُ البيتِ أدْرَى بالّذى فيه 6 ومن تواليف 7 الفتح رايةُ المَحاسن وغايةُ المُحاسن 8 ومجموع فى ترسيله وتاليف صغير فى ترجمة ابن السّيد البطليوسى نحو الثلاثة كراريس على منهاج القلائد ✿

Hic locus summi est momenti. Quae inde discimus, potissimum haec sunt:

1°. Explicatum nunc est nomen istud *Ibn-Căqān*, quo auctor noster vulgo designatur. Mirum erat Turcicum istud nomen in Arabe Hispano, et in Arabe genuino, quippe qui ex tribu Arabicâ Qais oriundus erat; at ex ʼal-Ḫigārīi verbis patet, istud nihil esse nisi convicium, et ʼal-Fatḫ*um* ideo sic vocatum fuisse, quia, aeque ac ʼal-Fatḫ ʼibn-Căqān, wezīr*us* calīf*ae* ʼal-Motawakkil*i*, quocum anno 247 interfectus est, praeposterae Veneri addictus erat. ʼIbn-Căqān igitur idem denotat atque اللّوّاط. E contextu patet, hunc esse sensum verborum ʼal-Ḫigārīi; fateor quidem, me nusquam alibi legisse, wezīr*um* ʼal-Mo-

---

5) Cod. وممّا.

6) Vide de hoc proverbio mei libri Vol. II. p. 242, ann. 63.

7) Cod. تاليف.

8) Vocales sunt in Codice.

tawakkilî, ·al-Fatḥ ·ibn-Ćāqānem, hoc vitio se contaminasse, sed hoc ideo non mirum est, quia hîc bonis Codicibus, ad tempus quo vixit spectantibus, caremus. — Patet porro, tum ex rei naturâ, tum ex verbis celebratissimi philologi Abū-'l-Ḥaggāg ·al-Baijāsī (+ 655), male egisse scriptores Arabes, qui Abū-Naçrum ·al-Fatḥum nomine Ibn-Ćāqānis designarunt. Contumeliosissimâ istâ appellatione in libris gravioribus designari non debuisset. Primus Ibn-Diḥja, auctor parvae auctoritatis, hoc fecisse videtur; hunc secutus est tum Ibn-Ćallicān, qui rerum Hispanicarum satis imperitus erat, tum alii, et denique nos in Europâ idem fecimus, turpem nominis originem et significationem non suspicantes. Istud igitur nomen nequaquam probandum est.

2°. Manifesta nunc est causa caedis ·al-Fatḥi. «Deus», ait ·al-Ḥigārī, «eum eàdem «affecit sorte, quâ affecit summum Hispaniae doctorem Ibn-Bāggam.» Explicat haec verba locus ex opere c. t. «زبدة الفكره في تاريخ الهجره», auctore emīro Rocno-'d-dīn Bībars, quem descripsit ·al-Maqqarīus in eodem Libro quinto partis secundae, ubi de morte Ibn-Bāggae haec dicuntur: فحسده الأطبّاء والكُتّاب وغيرهم وكادوه فقتلوه مسمومًا.

His collatis cum iis quae ·al-Ḥigārī refert, tuto statuere possumus, principes quosdam viros in aulâ Alīi, quos auctor noster mordacitate suâ laeserat, corrupisse servum istum nigrum, qui Ibn-Ćāqānis libidini inserviebat, eumque induxisse ut dominum suum interficeret. Igitur non credendum est, ipsum Alīum Ibn-Ćāqānis caedem iussisse. Hic rumor fulcitur tantum auctoritate Ibn-Diḥjae, i. e. perparvâ, et praeterea Alīus debilis quidem et imbecillus erat princeps, non vero crudelis aut perfidus.

Pag. 9, vs. 11 — p. 10, vs. 6. Haec delenda esse, dixi Vol. II. p. 254.

Pag. 10, vs. 8. Tertium exemplum operis *·al-Matmaḥ* nunc est in Bibliothecâ Lipsiensi. In universum convenit cum Codice Petropolitano. Quaedam capita ex *·al-Matmaḥ* reperiuntur praeterea in fine Voluminis primi Ibn-Bassāmi, quod possidet Cl. Mohl. Haec infra in annot. ad caput secundum indicabo.

—, vs. 12 et 13. Pro *Ibn-Ḥazm* legendum esse *Ibn-Sa'īd*, dixi Vol. II. p. 254.

Pag. 11—22. Hanc disputationem retractavi Vol. I. p. 424 et Vol. II. p. 254; sed tunc mihi nondum innotuerat ·al-Maqqarīi locus (in Libro quinto partis secundae), ubi, descriptâ praefatione quam edidi Vol. I. p. 12, haec dicit: وهذه خطبة المطمح الصغير

وامّا الكبير والاوسط ففيهما ذكر الملوك والسلاطين حسبما نقلْنا بعضه فيما مرّ من هذا

الكتاب على انّا نقلْنا بعضًا من الصغير ايضا فليعلم ذلك مَنْ يقف على هذا الكتاب ومَنْ

له أدنى مُمارسةٍ يعرف الفرق من الترجمة بين كلامه فى الصغير وغيره ۞

Pag. 11, ann. 43. Potius pronuntia ·as-Šequndī; vide ·al-Maqqarī II. p. ١٣٩, ann. *b*.

Pag. 12. Praefationem *·al-Matmaḥi* edidi ex solo Codice P.; varias lectiones ex Co-

dice L. dedi Vol. I. p. 424—426. Nunc vero duobus aliis uti possum, nempe Lipsiensi quem benevole meum in usum contulit Cl. Krehl, et secundâ parte ·al-Maqqarī*i*, qui scilicet praefationem descripsit usque ad verba النوابغ النجبا. Ut igitur lector uno obtutu de variis lectionibus iudicare possit et simul emendatum textum ante oculos habeat, praefationem denuo editurus sum, additâ novâ versione. Codicem Lipsiensem designabo literâ R., ·al-Maqqarī*i* opus literâ M.

أمّا بعد حمد الله الّذى أشعرنا [a] الهاما، وصبّر [b] لنا أفهاما، وسيّر [c] لنا برود [d] آداب، ويسّر [e] الانبعاث [f] الى اثباتها [g] والانتداب، الصلاة [h] على سيّدنا [i] محمّد الّذى بعثه رحمه، ونبّاه [k] منّة ونعمه، [l] فانّه كان بالاندلس اعلام، فتنوا بسحر الكلام، ولقوا منه كلّ [m] تحيّة [n] وسلام، فشعشعوا البدائع وروّقوها، وقلّدوها بمحاسنهم وطوّقوها، ثمّ هووا فى مهاوى [o] المنايا، وانطووا بايدى الرزايا، وبقيت مآثرهم الحسان [p]، غير مثبتة فى ديوان، ولا مجملة فى تصنيف *احد من الاعيان [q]، تجتلى [r] فيه العيون، وتجتنى [s] منه زهر تلك [t] الفنون، الى ان اراد الله اظهار اعجازها، *واتّصال صدورها باعجازها [u]، فحللت [v] من الوزير ابى العاصى [w] حكم بن الوليد *عند من رحّب واهّل، واعلّ [x] بمكارمه وانهل [y]، وندبنى [z] الى ان اجمعها فى كتاب فادركنى [a] من التنشّط [b] الى *اقبال ما ندب اليه، وكتابة ما حثّ عليه [c]، فاجبت [d] رغبته، وحلّيت بالاسعاف لبّته، وذهبت الى ابدائها [e]، وتخليد عليائها، واملّيت منها فى بعض الايّام [f]، [g] ثلاثة اقسام، القسم الاول يشتمل على

a) P. R. اشعر لنا. b) L. ونوّر; quâ lectione admissâ pronuntiandum est افهاما, hoc sensu: *qui nos illuminavit verbis suis nos veritatem docens.* c) Ex coniecturâ; P. R. وسبر, M. ويسر, L. ونشر. d) L. male بدور. e) P. R. ونشرنا, M. ونشرت. f) P. R. M. للانبعاث. g) L. male اتيانها. h) P. R. M. وصلى الله. i) Om. L. M. k) L. ونبّه. l) Codices addunt وسلّم تسليما, quod bene quidem quadrat cum وصلى الله, non vero cum والصلاة, ut ex L. edidi, et praeterea homoeoteleuton pessumdat. m) Om. L. n) L. addit واكرام. o) L. مهلك. p) Om. L. P. q) Om. haec 3 verba L. M. r) L. تجتليه. s) L. وتجتنى. t) Om. P. R. M. u) Haec 3 verba, per librarii negligentiam, in L. omissa sunt. v) L. وحللت. w) P. العاص; in R. literae ص superinscriptum est صى. x) Vox واعل deëst in P.; in R. est in margine, addito صح. y) In L. pro his 7 vocabulis: اعزه الله فاقل بمكارمته، واهل بمذاكرته. z) L. وندب. a) P. R. M. و pro ف. b) L. انشاط; est mendum librarii, et corrigendum est النشاط; cf. Vol. I. p. 413, ann. 100. c) In L. pro his 8 verbis: ذلك من غير اكتاب, nullo, quantum video, sensu. d) L. و pro ف. e) L. اضائها. f) M. ايام. g) L. pro ثلاثة اقسام usque ad

سرد غرر الوزرا، وتَنَاسُق [h] درر الكُتّاب والبلغا،، القسم الثانى يشتمل على محاسن اعلام العلما، واعيان القضاة والحكما [i]،، القسم الثالث يشتمل على * سرد محاسن [k] الادبا، النوابغ النجبا،، وسمّيتُها مطمح الانفس، ومسرح التأنّس، فى ملح اهل الاندلس،، وابقيتُها لذوى الاداب ذكرا، ولاهل الاحسان فخرا،، يساجلون بها [l] اهل العراق، ويحاسنون بمحاسنها الشمسَ عند الاشراق،، والله اساله [m] الهام المقصد [n]، وانفراج بابه الموصد،، بمنّه ✿

*Praemissâ laude Dei, qui effecit ut inspiratione quâdam naturali (res) cognosceremus; qui nobis dedit intellectum; qui striis nobis insignivit vestes externas humaniorum literarum, quique effecit ut nos facile excitaremur et impelleremur ad has libris committendas; — praemissâ etiam invocatione Domini nostri Mohammed*is, *quem, quâ est misericordiâ, ad nos misit, quemque prophetam constituit quâ est benevolentiâ* [9] *et beneficentiâ, — haec dicimus: Fuerunt in Hispaniâ viri nobilissimi, qui fascinabant incantatione eloquentiae, et qui obtinebant ab hac unamquamque salutationem: itaque pulchre et ingeniose cogitata (vini instar) aquâ diluerunt et colaverunt, et haec dictionis elegantiâ tamquam monili et torque ornaverunt. Deinde vero dilapsi sunt in barathra inevitabilis fati, et complicati sunt manibus aerumnarum; ipsorum vero pulcherrima ingenii specimina nullo in Dīwān*o *erant scripta, et in nullius eximii viri scriptione collecta, quam attente oculi considerarent, et ex quâ carperent flores illarum disciplinarum: donec ostendere voluit Deus illorum* (nempe: ingenii speciminum) *praestantiam, et cupivit ut ab initio usque ad finem describerentur. Etenim ego apud Wezīr*um *Abū-'l-Âçī Hacam ·ibno-'l-Walīd diversatus, apud talem diversatus sum, qui humanissime et familiarissime me exciperet, quique semel et saepius nobilem suam indolem mihi monstraret. Hic me incitavit ut illa (ingenii documenta) colligerem in libro; tunc quaedam alacritas me assecuta est, ita ut id ad quod incitabat*

ما جاد به الخاطر، واجاب اليه العفو الحاضر،، فى ملح اهل الاندلس simpliciter haec offert: *id quod liberaliter dedit ingenium meum et quod dare voluit quae mihi est doctrina* (lego nempe العقل). Causa cur libri distributioni haec phrasis substituta sit, in promptu est. In *·al-Matmah* nempe P. et R. haec praefatio eadem est totius operis, sed in *·al-Matmah* L. est tantum praefatio libri *secundi*, nec in hac igitur *totius* operis distributio indicari poterat. *h*) P. وتباسق. *i*) P. والفقها; R. in textu والفقها, sed in margine الحكما صح. *k*) Om. M. *l*) Ex L.; P. R. به. *m*) P. R. اسال. *n*) L. القصد.

---

9) De voce منّة v. Vol. I. p. 77, ann. 22.

aggrederer, et ut id ad quod excitabat scriberem. Annui itaque eius desiderio, et eo quod morem ei gererem ipsius collum tamquam monili ornavi. Incepi itaque illa (ingenii documenta) conspicua reddere, et aeternitati tradere horum nobilitatem, et ex illis dictavi quodam die tres libros: Liber primus *continet seriem praestantiarum* Wezīrorum, *et uniones ordine dispositas eorum qui regni acta curabant et eorum qui facundiā eminebant.* Liber secundus *complectitur locos pulchros principum inter eruditos, et maxime spectabilium inter* Qāḍīos *et iuris peritos.* Liber tertius *caet.*

Pag. 12—15. Ex notis quae hìc leguntur, deleantur 44, 45, 48, 49, 50, 56, 57, 58 et 60.

Pag. 16, v. 8. Pro *Ibn-Ḫazmi* legendum esse *Ibn-Saīdi*, dixi Vol. II. p. 255.

—, vs. 12—15. Deleantur haec et cf. Vol. I. p. 425.

Pag. 18, annotationis vs. 4. Pro الافق legendum esse الأمْرَ, dixi Vol. II. p. 255.

—, — vs. 5. Legendum esse censeo: وفى قولهم رأى ان يولّى ابنه تاشفين الاندلس, deleantur itaque verba Latina uncinis inclusa.

—, — vs. 8. Pro وجدمه nunc legendum esse suspicor وخَدَمَهُ (nempe المجدُ).

—, — vs. 13. Melius والثَّنَاء et وغَطَّى.

—, — vs. 12 a f. Pro معهم lege معه.

—, — vs. 7 a f. Vera lectio est وتَكَلَّهُ; deleantur igitur verba uncinis inclusa.

Pag. 22, vs. 2. Istud ونسو est ونسق.

Pag. 23, vs. 4 textûs Arab. Pro وبتوا legendum esse وتَبَوَّأ cum Cod. R. et nonnullis al-Maqqarīi Codicibus, iam dixi ad *huius* auctoris editionem II. p. ٥٨١.

—, vs. 5 text. Ar. Etiam R. in textu habet وهز, sed in margine وهدّ, addito خ. Postremam lectionem habet etiam al-Maqqarī (II. p. ٥٨١) eamque praefero.

—, vs. 9 et 10 text. Ar. Hi versûs sic pronuntiandi sunt:

لقد حننْتُ الى ما اعتدتُّ مِنْ كَرَمٍ   حنينَ أَرْضٍ الى مستاخرِ المَطَرِ
فيناتها خِلَعًا أَرْضى السماحَ بها   محفوفةً فى أَكُفّ الشَّرْب بالبِدَرِ

Vide ad versionem huius loci. In vs. secundo Cod. R. habet يرضى pro ارضى.

—, vs. ult. Pronuntiandum esse للضرب المُهَنَّدِ, dixi Vol. II. p. 255.

Pag. 24, vs. 1. Pronuntia سَفَرَ; hoc enim esse verbum intransitivum et significare خَبَرَ

وانكشف, docuit Cl. Fleischer ad ·al-Maqqarī*um* II. p. XI. Vide etiam versum ·al-Mo·ta-midi in meo Vol. I. p. 174, vs. 5.

Pag. 24, vs. 4. Pro زانهم lege زانها*. — Pro هجا Cl. Fleischer (ad ·al-Maqqarī*um* II. p. XL) coniecit هجان. Ego lego: حتّى مَجَابِيبُ العبدّى. Vide ad versionem huius loci.

—, vs. 10. Pro أثنا lege أثنآء, ut monuit Cl. Fleischer ad ·al-Maqqarī*um* (II. p. XLI) et ut scriptum est in Cod. R.

—, vs. 13. Pro طرفه lege طرفه, et vocibus وجرّ سمّه substitue وجرّ رسنه, ut in Codd. ·al-Maqqarī*i* est. Utraque correctio debetur Cl° Fleischer.

—, vs. 16. Pro بريئة Cod. R. habet تريئة, quod etiam bonum est.

—, vs. 2 a f. لذا etiam in Cod. R. exstat; hoc igitur praefero.

Pag. 25, ann. 10. Cf. Vol. I. p. 426.

—, vs. 8 et p. 26, vs. 1. Lege: privaret; pro mansione sumebat dorsum Terroris et huic insidebat; (i. e. ut nos diceremus: *il prit pour tâche ordinaire de répandre la terreur*).

Pag. 26, vs. 3 et ann. 72. Vocab. طَوْد hic *montem* denotat, et *mons*, uti notum est, virum dignitate vel potestate praeclarum exprimit. Deleatur itaque ann. 72, et pro: *excitabat unumquemque tardum* lege: *frangebat* (هدّ) *unumquemque praepotentem.*

—, vs. 4 et 5. Pro: et decipiebat — consilia dare, lege: et decipiebat (illos quos perdere volebat) verbis occultis et signis. — Indicatur his verbis perfida indoles ·al-Mo·ta-ḍidi, qui, quum cum aliquo, quem odio habebat, loquebatur, signo, vel obscuris quibusdam verbis, virum illum occidi iubebat.

—, vs. 9—12. Correxit hanc versionem Cl. Fleischer Vol. I. p. 426 et Vol. II. p. 255. Postea vero Vir Cl. sententiam suam de secundo versu mutavit et novam interpretationem dedit in editione ·al-Maqqarī*i* II. p. XL. Ego eius annotationem iterum dabo, additâ exemplorum copiâ, quae editor (Doct. Dugat) brevitatis causâ suppressit: « J'ai remarqué « que les poètes arabes se servent souvent d'une espèce d'anticipation qui consiste à met- « tre d'abord un pronom comme مُبْهَم, c'est-à-dire, vague, sans relation à un objet déjà « exprimé, et à mettre ensuite le nom de cet objet comme تمييز; voyez ·al-Maqqarī I. « p. ٢٤٢, 1; ٤٤٤, 6; ٩٣٥, 24; II. p. ٣٩٢, 6 et 7; ٣٢٠, 25; ٧٥١, 2; ٧٩٨, 8; Abū-'l-ma- « ḥāsin II. 1, ٢٩١, 11, où le pronom contenu dans يدور est expliqué par مُدَامًا الخ. » Adde ex meo libro Vol. II. p. 161, vs. 7; Abū-Nowās I. Carm. 12, vs. 10 ed. Ahlwardt. « Appliquant ce principe au vers en question, je modifie la traduction que j'en « ai donnée (*Abbad.* II. p. 255) comme il suit: *Présentez donc* (à mes commensaux) *des*

«*robes d'honneur que je me fais un plaisir de donner en présent, entourées de* «*grosses sommes d'argent dans la main des buveurs.* Car il faut lire بالبدر, plur. «de البَدْرَة. Ceci servira aussi à corriger ma traduction de ces vers, *Abbad.* I. p. 426, «et à écarter celle qu'en a donnée M. Mehren dans l'*Epistola critica Nasifi ad de* «*Sacyum* p. 136.»

Pag. 27, ann. 76. Haec correxi Vol. I. p. 426.

—, vs. 5, p. 28, vs. 1 et ann. 81. Haec correxi Vol. II. p. 255.

Pag. 28, vs. 3 et 4. Lege: et hoc auctore apparuit ipsorum gloria. Vide ad textum.

—, vs. 6. Pro *gigantium* potius lege *tyrannorum.*

—, vs. 9 et 10, et ann. 87. Legendum esse العبدّى et hoc significare *servos* i. e. *Sclavonios*, iam observavi Vol. I. p. 426. Cl. Fleischer suspicatus est, pro هجا legendum esse هجّان, et haec addidit: «Unum certum est, scilicet verba العبدّى — حتى «continere subiectum verbi تغر, ut etiam verba parallela من تحضر وتبدّى sunt subiectum «verbi تتصدّى.» Hoc verissimum; sed si هجّان legimus, restat istud بيبت quod magnam parit difficultatem. Lego itaque مَجَابيب, plur. a مجبوب *castratus* (plerique enim Sclavonii eunuchi erant), et tunc sensus oritur hic: *dumque huic* (summo imperio) *os aperiebant vel castrati servi, et illo potiri studebant omnes qui in urbibus degebant, et qui vitam agebant Nomadicam.* Emendatio, quam proposui, certissima est, collato v. c. loco 'Ibn-Ḥaijān*is* (apud 'Ibn-Bassām, initio voluminis tertii), ubi sermo est de eunuchis, Āmirī*darum* clientibus, qui, ineunte saeculo quinto, Valentiae imperium exercebant: وجَلَبَ هذه العبدّى المجابيب لمّا اتّسعت لهم الدّنيا فاخرَ الأسلحة والآلات.

Pag. 29, vs. 4. Pro *obliteratum est* lege *obliteravit.*

—, ann. 95. Cf. Vol. I. p. 426.

Pag. 30, ann. 96. اقتضاء النفوس, ut monuit Cl. Fleischer, non idem est atque القضاء على النفوس, sed est *exigere animos*, ut creditor يقتضى الدّيْن *exigit debitum.*

—, vs. 3 et 4. Lege: et se monstrasset inter hunc potum primum et secundum. — Ann. 97 deleatur.

—, vs. 7 et 8. Lege: hoc vero regnante, (regni) oculus, lippitudine affectus, collyrio illinitus est.

Pag. 31, vs. 1. مُنًى hîc *vota*, *desideria* significare putat Cl. Fleischer. In sequentibus pro: *et terra sterilis — laborans*, lege: *et facere poterat id quod lubebat.*

De phrasi جَرَّ رَسَنَهُ haec annotavit Cl. Fleischer: «Nos dictionnaires offrent cette locution «proverbiale à la forme doublement transitive: أَجْرَرْتُهُ رَسَنَهُ; mais on dit aussi à la «1re forme جرّ رسنه, *il a traîné la corde de son caveçon*, pour dire: il a agi en toute «liberté, il a fait tout ce qui lui plaisait. Comparez ·al-Maqqarī II. ٩٥٩, dern. ligne.»

Pag. 32, vs. 1. Potius lege: *O vos qui adspicitis hunc hilarem nilopharum*, et tunc dele ann. 103.

—, ann. 105. Haec correxi Vol. I. p. 427.

§. 2.

Pag. 35. Cf. Vol. I. p. 427 et Vol. II. p. 255.

Pag. 36. Cf. Vol. I. p. 427.

Pag. 37, vs. 8. Pro لوابة legendum esse لوائة dixi Vol. II. p. 255.

—, vs. 9. Pro والمُضا lege والمَضا; cf. supra.

—, vs. 10. Deëst hîc phrasis in Codicibus et legendum est: فاصبحتْ حضرتُهُ مَيْدانًا لِرِهان الأَذْهان، وغايةً لرمى هدف البيان». Vide Dugat ad ·al-Maqqarī*um* II. p. XLII. — Pro وفضل legendum esse وفصل recte monuit Cl. Fleischer (ad ·al-Maqqarī*um* l.l.); cf. ·al-Maqqarī II. p. ٤٥٠, vs. 18; ʿIbn-ʿAḏārī II. p. ٩٠, vs. 9 ed. meae; *·al-Qalāyid* MS. A. I. p. 86: اعتذر بعذر مختلّ المعانى والفصول.

Pag. 38, vs. 9. Legendum esse يَجْنيها iam monuit Cl. Fleischer.

—, vs. 12. Pro وقه lege وقد. *

Pag. 39, vs. 5. Lege بالانحفاز, ut dixi Vol. II. p. 255.

—, vs. 13. Lege منعّم. *

Pag. 40, vs. 1—8. Melius in homoeoteleutis scribitur وداءا, وبهاءا caet.

—, vs. 6. Pronuntiandum esse سَنًا وسَناءا (ultimum i. q. رفعة), iam monuit Cl. Fleischer ad ·al-Maqqarī*um* II. p. XLV.

—, vs. 12. Pro طُوله l. طَوْله. *

—, vs. 3 a f. Lege دَرارى sine hamzâ.

—, vs. ult. Pro جناء in uno Codice (v. ·al-Maqqarī II. p. ٩٢٥, ann. *c*) est حنايا, quod recte praefert Dugat (l. l. p. XLV).

Pag. 41, vs. 3. Pronuntia السّنا والسّناءَ, ut monuit Cl. Fleischer ad 'al-Maqqarī*um* II. p. XLV. In reliquis homoeoteleutis adde ا.

Pag. 41, vs. 4. Idem docuit legendum esse: والمَسْمَع الغنى.

—, vs. 5. Lege, ut idem monuit, والهَوَاءَ.

—, vs. 6. Lege, eodem auctore, والحَيَاءَ.

Pag. 42, vs. 4. Pronuntia ولِمُسْتَبْشَع in passivo, ut recte monuit Cl. Fleischer.

—, vs. 6. Cum Fleischero pronuntia مُشْتَجِر et dele القنا; est enim glossa quae metrum pessumdat.

—, vs. 4 a f. Pro بُرْجى lege يُرْجَى. *

—, vs. ult. Pro بَشْرِى pronuntia بُشْرِى.

P. 44, vs. 8. Pro يَخْف pronuntiandum esse يَخْفْ, iam bis dixeram Vol. II. p. 255 et 256; quod tamen fugit tum Doct. Dugat, tum Cl. Fleischer. Ille enim in editione 'al-Maqqarī*i* (II. p. ٩٢٣) denuo dedit vitiosum istud يَخْف; hic correxit يَخَفْ (II. p. XLV), non animadvertens me hoc iam novem annos ante fecisse.

—, vs. 11 et ann. *t*. Lectioni يحول substituenda est altera يجول; vide quae infra dicam ad versionem huius loci, nempe ad p. 101.

—, vs. 14. Legendum esse لِتَجْرِى الدموع الحُمْر, monuit Cl. Fleischer ad 'al-Maqqarī*um*, i. e. كَأَنَّ عيونَنا جراحاتٌ لِتَجْرِىَ الدموعِ الحمرِ منها.

Pag. 45, vs. 10. Recte Doct. Wright (in 'al-Maqqarī*i* editione I. p. ٣١١) pro فتحلّوا dedit فتَحَلّوا.

—, vs. 12. Idem melius pronuntiavit والوَغَى; est enim infinitivus, non substantivum.

Pag. 46, vs. 2 et 3. In fine versuum scribendum est, ut idem fecit, الزهراءَ, اساءَ et مساءَ.

—, vs. 4 (فصاروا). Praefero فساروا, quod Wright dedit, et pro فألفوا legendum esse فَأَلْفَوْا, vix opus est ut moneam.

—, vs. 5. Lege الخورنق, ut dixi Vol. II. p. 255.

—, vs. 8. Etiam Wright dedit قائل; sed inepta est haec lectio. Nonnulli 'al-Maq-

qarī*i* Codices habent فائد ; haec vera est lectio. Nempe فائد hìc in homoeoteleuto est pro فائدة (ut habet unus 'al-Maqqarī*i* Codex), et sic demum bonus oritur sensus; vide infra, ubi versionem huius loci corrigam.

Pag. 47, vs. 1. In nomine عُكّاشة deleatur tešdīd.

—, vs. 4. Cl. Fleischer (ad 'al-Maqqarī*um* I. p. cxv) pronuntiat مَنَعَ منه تلاحق. Ego etiam credo esse مَنَعَ in activo, sed lego تلاحُقُ in nominativo.

—, vs. 8 et 9. Lege, ut recte fecit Wright: لا يُعْلَم ربُّ تلك الصنيعه ، ولا يُعْرَف فتُشْكَرَ له يدُه الرفيعه ،، ✿

Pag. 48, vs. 3. Dele tešdīd in عُكّاشة.

—, vs. 4 a f. Versum qui hunc excipit, vide in Vol. II. p. 68.

—, vs. 2 a f. Pro القلبَ حَشْوةً lege القلبُ حَشْرةً.

Pag. 49, vs. 6. Pronuntia متكاثف.

Pag. 50, vs. 5. Pro ضَرَبَتْ lege ضُرِبَتْ.

—, vs. 6. Lege للمعتمد. *

Pag. 51, vs. 3. Credo pronuntiandum esse لِمُنَدَّم ; vide ad versionem huius loci.

Pag. 52, vs. 5. Lege النَّضْر, ut dixi Vol. II. p. 255.

—, vs. 10 et ann. *l*. Falsa est lectio Codicis C.; legendum est ex sex aliis Codd. بالزَّبَد ; cf. infra ad versionis p. 122. Pro القناء lege القنا.

—, vs. 13. Pro وانما lege وإنَّما. *

—, vs. ult. Retinendas esse Codicum lectiones صريع et من, dixi Vol. II. p. 255. Caeterum post رحيق pone ،. *

Pag. 53, vs. 4. Pro البسيط legendum esse المنسرح, dixi Vol. II. p. 255.

—, vs. 5. Pro فقد lege قد. *

—, vs. 7. Lege ويستعطفه. *

—, vs. 8. Reliquos huius longi carminis versûs vide in Vol. II. p. 64 sq. et Vol. I. p. 394.

—, vs. 13. Cf. Vol. II. p. 255.

Pag. 54, vs. 11. Lege بداء. *

Pag. 55, vs. 3. Lege وحيز. *

Pag. 55, vs. 9 et 10. Cl. Fleischer (ad 'al-Maqqarī*um* II. p. XLIII) pronuntiare iubet «وقد تتجوّنت نواحيها واقطارها ، وتكوّنت فيها لباناتها واوطارها». Vide ad versionem huius loci.

Pag. 56, vs. 10. Pronuntia cum Cl. Fleischer (ad 'al-Maqqarī*um* l. l.) لالآف ; istud الآف in Freytag*ii* Lexico (sub الف) mendum est.

—, vs. 13. Praefero cum Cl. Fleischer (l. l.) بقطرة et cum eodem pronuntio أوتيت.

Pag. 57, vs. 4. Pronuntia كلّ ; est enim, ut monuit Cl. Fleischer, alter accusativus, quem regit امطرت, cuius subiectum est طوارقها.

—, vs. 6. Cl. Fleischer (ad 'al-Maqqarī*um* II. p. XLV) legere vult وإستلامه. Eodem redit, nam استلم et استلأم idem significant, sed Fleischer*i* pronuntiatio propter homocoteleuton melior est.

—, vs. 9. Multo melior est altera lectio المقتنية.

—, ann. *p*. Vide hos versûs Vol. I. p. 303, vs. 1 a f., et 304.

Pag. 58, vs. 6. Pronuntia بمضاته ; cf. supra.

Pag. 59, vs. ult. Lege بمزن. *

Pag. 60, ann. *b* deleatur.

—, vs. 3 carminis. Lege والرابيات * et حفض. *

—, vs. 4 carminis. Lege دخلتنا. *

—, vs. 6 carminis. Lege تتخذ. *

—, vs. 12 carminis. Pro المهنا reponendum esse ex Codice المظنّبا, dixi p. 139, ann. 393.

—, vs. 13 carminis. Pronuntiandum esse لم تُخْلِفْ له عِدَةً, monuit Cl. Fleischer (ad 'al-Maqqarī*um* II. p. XXXIII).

Pag. 61, vs. 23 carminis. Lege مقلّدة. *

—, vs. 24 carminis. Lege يصاحبها. *

—, vs. ult. Lege, ut monuit Cl. Fleischer (ad 'al-Maqqarī*um* II. p. XLIV) دومى ذات.

Pag. 62, vs. 5. Lege قواعده. *

—, vs. 4 a f. Lege يتمنّن. *

Pag. 63, vs. 5. Lege تزنّ. *

Pag 63, vs. 6. Lege نَنْحُونا. *

—, vs. 3 a f. Lege كسوف. *

—, vs. 2 a f. Lege والصباح. *

Pag. 64, vs. 4 a f. Lege cum Cl. Fleischer (ad ʾal-Maqqarīum II. p. XXXIX) طَرْف, collato loco ex ʾal-Qorāno 27, vs. 40: قَالَ ٱلَّذِى عِندَهُ عِلْمٌ مِّنَ ٱلْكِتَابِ أَنَا آتِيكَ بِهِ قَبْلَ أَنْ يَرْتَدَّ إِلَيْكَ طَرْفُكَ ۞

—, vs. ult. Dugat (ad ʾal-Maqqarīum II. p. ٥٧٤) testatur, se in tribus quibus utebatur ʾal-Fatḥi Codicibus invenisse قِطْر, et Cl. Fleischer haec annotavit (l. l.): «Il faut «sans doute lire avec les trois manuscrits du *Qalāyid* قِطْر ; l'expression est empruntée à «Sour. 18, vs. 95, et قِطْر signifie *métal fondu.* Je pense aussi que مسالكه est une «faute pour مَسَابِكه, *ses fonderies;* voyez Boethor, sous *Chaufferie* et *Fonderie.*»

Pag. 65, vs. 4. Lege بانفاس. *

—, vs. 11. Cum ʾal-Maqqarīo, qui متمدّدًا et تمدّد habet, faciunt tres Codices ʾal-Fatḥi quibus Dugat usus est, et sic legendum esse, iure censuit Cl. Fleischer.

Pag. 66, vs. 1. Vide infra ad versionem huius loci.

—, vs. 11. Lege حيث. *

—, vs. 13. Cl. Fleischer pronuntiat عُرِضَ. «ب, ait, est بِاء التعدية, et عَرَضَ به «est idem atque عرّضه *exposuit*, *tradidit* aliquem infortunio.» Fieri potest; attamen meam lectionem et interpretationem servari posse credo. — Pro امتحن lege أُمْتُحِن. *

—, vs. 15. Pro السّما lege السّماء.

Pag. 67, vs. 5 sq. Pronuntia مَخْنِيَّة et كُفْر, ut monuit Cl. Fleischer (ad ʾal-Maqqarīum II. p. XXXIX). Vide ad versionem huius loci.

—, vs. 7. Lege واتّسقوا. *

—, vs. 11. Pro حزنا cum Cl. Fleischer praefero حَزْنًا.

—, vs. 12. Lege بَرِيّه. *

—, vs. 4 a f. Pro اقْتر cum Cl. Fleischer pronuntia أَقْتَرَ.

Pag. 69, vs. 7. Lege أَبْدَعَ. *

Pag. 69, vs. ult. Pronuntia, ut monuit Cl. Fleischer, مَظَنَّتُها (et sic etiam مَذَنَّتِها) in nominativo.

Pag. 71, vs. 5. Iam videram, pronuntiandum esse المُنا, priusquam Cl. Fleischer hac de re moneret.

—, vs. 6. Lege ضُحى. *

—, vs. 11. Lege تَتَخِذُ; formam enim تتخذ esse mendum in Freytag*ii* Lexico, saepe monuit Cl. Fleischer ad 'al-Maqqarī*um*.

Pag. 72, vs. 1. Lege واقترحوا. *

—, vs. 3. Lege وتُشْنى cum Cl. Fleischer, qui addit, 1am formam tantum regere accusativum quando significat حلّ به et حمله عليه.

—, ann. 6. Cf. Vol. I. p. 427.

Pag. 74, vs. 1. Haec correxi Vol. I. p. 427.

—, vs. 3. Pro *salivā* legendum esse *vexillo*, dixi Vol. II. p. 255.

—, vs. 9. Lege: *in quovis idearum genere earumque expositione.*

—, ann. 14 et 15. Cf. Vol. I. p. 427, ubi (in loco 'al-Ḫomaidī*i*) inserendum est زمام inter فى et الشعراء.

Pag. 76, vs. 4, 5 et ann. 17 et 18. Correxi haec Vol. II. p. 255. Locus Ḋū-Salam saepe a poëtis tamquam is commemoratur, in quo laeto amasiae consortio fructi sunt. Cf. v. c. versus Noçaibi*i* in *Kitābo 'l-agānī* I. p. ٢٣٤, vs. 15, et alius eiusdem poëtae in 'Ibno-'s-Sikkīt*i* *Kitābo tahdībi 'l-alfāi* (MS. 597 p. 293):

(البسيط) فهَلْ تعودنّ أيّامى بذى سلم   كما بدأْنَ وايّامى بها الأُوَلُ
ايّام لَيْلَى كَعَابٌ غَيْرُ 10 غانِيَةٍ   وانت أَمْرَدُ معروفٌ لك الغَزَلُ

In versu in Commentario ad Abū-Tammām (MS. 403):

عَمَّرْتُكِ اللّهَ الّا ما ذكرتِ لنا   هل كنتِ جارَتَنا ايّامَ ذى سلم

In versu Abū-Tammām*i* amasia poëtae in Ḋū-Salam vocatur Salmā, ut in versu quem ex *'al-Matmah* dedi:

سَلِّمْ على الربع مِنْ سَلْمَى بذى سلم   عليه وَسْمٌ 11 من الايّام والقدمِ ✿

---

10) Do vocales quae in Codice sunt.

11) In Commentario commemoratur altera lectio وشم.

Pag. 77, ann. 19. Quia تبعها sequitur, legendum videtur مواضع.

—, ann. 21. Cf. Vol. II, p. 256.

Pag. 79, vs. 3. Pro *neque manent* lege *neque parcunt;* pronuntiandum enim est ولا تُبْقِى.

Pag. 80, ann. 40. Haec correxi Vol. II. p. 256. Vide etiam scriptionem Doct. Nöldeke de Laqīt ·ibn-Ja·mar in Benfey*i* Diario *Orient und Occident* p. 694 sq. et 717.

Pag. 81, vs. 4. Pro *simulque eum auro exornat* legendum esse *eiusque pompam*, dixi Vol. II. p. 256.

—, ann. 47, vs. 10 a f. Delenda esse verba, parenthesi inclusa, dixi Vol. II. p. 256.

Pag. 82, vs. 1. Haec correxi Vol. I. p. 428, ubi etiam vide quae monui ad ann. 48.

—, vs. ult. Haec correxi Vol. II. p. 256.

Pag. 83, ann. 58. Cf. Vol. I. p. 428; sed istud 'Ibn-Ḫamdīs*i* carmen non exstat in Amari*i* *Bibliotheca Arabo-Sicula* et hucusque ineditum est.

Pag. 85, vs. 1—3 et ann. 67. Pronomina in زوّارها, عوّادها, اذيالها et نيالها necessario, ut ea quae praecedunt, ad *noctem* spectare debent; sed difficultatem mihi pariebat istud نيال, quod sine dubio male explicui in ann. 67, sed quod eodem sensu exstat in alio loco ·al-Fatḥ*i*, quem habet ·al-Maqqarī I. p. ٤٣٨, vs. 15, ubi de aurorâ dicitur: يمحو من بقايا الليل نيالا, donec felicissima idea nata est Fleischer*o* meo, cui scilicet in mentem venit Hisp. *niel*, Gall. *nielle*, Ital. *niello.* Gall. *nielle* sic explicatur in *Dictionnaire de l'Académie française:* «Terme d'Orfévrerie. Ornements ou figures que «l'on grave en creux sur un ouvrage d'orfévrerie, et dont les traits sont remplis d'une «sorte d'émail noir, fait d'un mélange d'argent, de plomb et de soufre liquéfiés.» Derivata est haec vox a vocabulo mediae Latinitatis *nigellum*, quod Ducange explicat hoc modo: «Encaustum nigrum, vel subnigrum, ex argento et plumbo confectum, quo ca-«vitas sculpturae repletur, uti describitur a Vasario in Vitis Pictorum cap. 33. Italis «*Niello.* Gloss. vett.: *Nigellum*, *μελχνὸν.*» Inter alia exempla habet hoc: «Cuius «columnas vestivit argento, cum nigello pulcro opere decoratas.»

Quum igitur etiam nostro in loco نيال cum *argento* coniungatur, certum est, illud esse *nigellum*, Hisp. *niel;* quo admisso noster locus sic vertendus est:

Blandiebatur amatorio quasi carmine aura horti illius (noctis) visitatores, eosque qui saepe ad illam venire solebant; disparere fecerat lux lucernarum illius lacinias, et obliteraverat a terrae argento illius nigellum.

—, vs. ult. versionis. Lege: *in quibus coniuncta sunt splendor et honoris celsitudo.*

Pag. 86, ann. 71. Deleatur.

—, vs. 1. Pro: *si haec indusia*, lege: *si hae loricae*, et dele ann. 72 et 73. Falso enim dixi in meo opere de Vestimentis (p. 176 sq.), دروع esse posse pluralem a درع, eo sensu quo mulieris tunicam designat. دروع *loricas* significat in omnibus quos citavi locis, et cogitandum est de loricis amicorum 'al-Mo'tamidi.

Pag. 88 et 89, ann. 83. Lege: «Hic erat ex familiâ regum Deniae — — cognominatus «'Iqbālo-'*d*-daula.» Perperam enim affirmat 'a*n*-Nowairī (apud Weijers *Spec.* p. 114) regnum ereptum esse Abū-Āmiro, filio 'Alii; ereptum est ipsi 'Alīo ab 'al-Moqtadiro, rege Caesaraugustae.

Pag. 89, vs. 1 sqq. et ann. 84. Minime de regis liberalitate hîc sermo est, sed de die pluvioso. Deleatur itaque ann. 84.

—, vs. 3. Pro *fructûs* lege *arcûs* (حنايا).

—, vs. 7 et 8. Lege: gaudere nolunt splendore et honoris celsitudine.

—, vs. 9 et 10. Lege: Nos sumus in conclavi, manui et auri divitias et cantum praebente. — Est, ut monuit Cl. Fleischer, figura quae in rhetoricâ vocatur اللفّ والنشر المرتّب; cf. etiam glossa ad hunc locum, quam dedit Dugat ad 'al-Maqqarīum (II. p. ٦٢٥): الغنا بالكسر والقصر اليسار. Deleatur igitur ann. 88.

—, vs. 11 et 12. Lege: Vicissim sumimus illud quod (i. e. vinum quod), subtilitate et suavitate, oblivisci facit amoris et aëris (i. e. quod subtilius est aëre et suavius amore). — Figura, اللفّ والنشر dicta, etiam hîc locum obtinet, ut monuit Cl. Fleischer, sed غير المرتّب, nam الرقّة pertinet ad الهواء et اللذّة ad الهوى.

Pag. 90, ann. 90. Haec correxi Vol. I. p. 428.

—, vs. 1 et 2, et ann. 91. Iam Vol. II. p. 256 dixi, nondum certo mihi constare de sensu horum verborum. Nunc verto cum Cl. Fleischer: Veni igitur ad illud (conclave), ubi invenies manum et faciem, quae tibi paraverunt liberalitatem (verbotenus *pluviam*) et pudorem. — Dele igitur ann. 91.

—, vs. 3 et ann. 92. Deletâ hac annotatione, in versione legendum est: *cuius lagenae protendebant colla sua.* Etenim ابريق hîc solitam habet significationem, et جيد الابريق idem est atque عنق الابريق; cf. v. c. versus in 'Ibn-Callicāne Fasc. XI. p. ١٢٥, vs. 7 ed. Wüstenfeld.

—, ann. 95. Vocab. كبير eodem sensu occurrit in versu qui exstat apud 'al-Maqqarīum II. p. ٢١٨, vs. ult.; in *Noct. Arab.* IV. p. ٢٥٩, vs. 5 a f. ed. Macnaghten.

Pag. 91, vs. 2. Delendam esse vocem *partim*, dixi Vol. II. p. 256.

Pag. 92, vs. 1—3 et ann. 99. Vide quae de his dixi Vol. II. p. 256.

—, ann. 100. Legendum esse ذو pro ذى et حَنيفة pro حذيفة, dixi Vol. I. p. 428 et Vol. II. p. 256.

Pag. 93, vs. 3. Lege: et amara pocula mortis facile leniterque caet.

Pag. 94, ann. 113. Cf. Vol. II. p. 256.

Pag. 96, ann. 123. Eodem sensu مَجْهلة occurrit apud 'Ibn-Ġobair p. ٩٧, vs. 6 a f. ed. Wright.

—, vs. 5. Lege: nam laetitia mei vultûs vobis viae signum erit.

Pag. 97, ann. 127. Pro بالزبيق lege بالزيبق. *

—, vs. 5 et ann. 128. زَهْر hoc loco est collectivum *flores*. Verte igitur: ita ut ea flores putares.

Pag. 98, vs. 10. Legendum esse: *et cor contra te rebelle fuit*, dixi Vol. II. p. 256.

Pag. 100, ann. 145, vs. 4—6. Errat Conde*us*, statuens 'Ibn-Labbūn*um* Lorcae praefecturam ab 'al-Mo'tamido accepisse. — Vs. 18. Teste 'Ibno-'l-Abbāro (in meis *Recherches* I. p. 522, ann. 5, ed. 1ae), 'Ibn-Labbūn mortuus est paulo post proelium 'az-Zallāqae, quod anno 484 commissum est. Caeterum cf. de his Vol. II. p. 120 et meam *Histoire des musulmans d'Espagne* IV. p. 211.

—, vs. 2. Legendum esse: *tempore quo nullus visitator observatorem metuebat*, dixi Vol. II. p. 256.

Pag. 101, vs. 3 et ann. 147. Quandoquidem, ut nunc dixi ad textum, non يحول legendum est, sed يجول, in versione pro *rotunda est* legendum est *fluitat*, et delendi sunt quinque versûs priores annotationis. Reliqua vero quae in annot. dixi, nostro loco apta sunt; indicat nempe auctor, puellae talos et brachia carnosa fuisse et crassa, et dicens لا يجول قُلْبُها ولا خلخالها *cuius armilla non fluitat neque compes*, imitatur fortasse versum Ċālid*i* 'ibn-Jezīd ex 'Omaija*darum* gente, qui exstat apud 'Ibn-Ċallicān*em* I. p. ٢۴٩ ed. de Slane:

(الطويل) تجول خلاخيلُ النساء ولا ارى لِرملةَ خلخالا يجول ولا قُلْبا

quem Nobil. de Slane ita vertit (I. p. 482): «The bracelets which ornament the ancles of «other females play loosely around the leg; but I see that the bracelets of Ramla move «not, neither doth her heart.» Ultima verba bona non sunt; male enim pronuntiavit de Slane قَلْبها *eius cor*, quum pronuntiandum sit قُلْبها *eius armilla;* quod ideo mirum, quia in textu ipse Vir Nobil. vocalem ' adscripsit. Rectissime vero جال vertit *to play*

loosely. Dicitur hoc de armillis compedibusque feminarum gracilium et macrarum, quae ex Arabum opinione pulchrae non sunt. Dicit igitur poëta: Reliquae feminae, utpote quarum tali sunt macri, pulchrae non sunt; sed pulchra est Ramla, quippe cuius tali crassi sunt et carnosi. Contra in laudem dicitur de puellâ جائلة الوشاح, جائلة الحقاب, *cuius cingulum fluitat*, i. e. *cuius medium corpus tenue est*. Sic Abū-Tammām in carmine encomiastico:

(الكامل) خَوْدٌ يجول وشاحُها وحقابُها   منها ويُخْرِسُ[12] ساقُها خلخالَها

In versu qui exstat in Wüstenfeld*ii* editione Ibn-Ćallicān*is* (*Additament. Collectio prima* p. 51):

(السريع) تَلاقتِ الأَضْدادُ فى جسمه   على اتّفاقٍ بينها واصطلاح
إنْ لأنَ عطفاه قسى قلبُه   او ثَبَتَ الخلخالُ جال الوشاح

Similiter al-Maqqarī II. p. ١٥٧, vs. 3.

Pag. 101, vs. 7 et 8. Lege: Flevimus sanguinem, ita ut dixisses oculos nostros esse vulnera, quandoquidem ex iis rubrae lachrymae effluebant.

Pag. 104, vs. 7. Lege: Tunc substiterunt in eius tapetibus caet.

—, vs. 14. Dele vocem *recentes*.

Pag. 106, vs. 1. Pro *ordinaverunt* lege *invenerunt*.

—, vs. 3 et ann. 177. Deletâ hac ann., lege: ardebant stellae eius vini.

—, vs. 6 et ann. 182. Haec correxi Vol. II. p. 256.

—, vs. 10. Pro *cum homine plebeio urbis* legendum esse *cum civibus*, dixi Vol. II. p. 256.

—, vs. 11 et 12. Lege (in textu فائدة voci قائد substituens): nam nihil iuvabat eam obsidere, et dolis tantum et machinis expugnari poterat, quandoquidem adhuc caet.

Pag. 107, ann. 187. مَهْرِى nomen accepit ab Arabiae provinciâ Mahrâ; vide Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes avant l'islamisme* III. p. 389.

—, ann. 188. Cum his cf. Vol. I. p. 284, ann. 143.

---

12) 4a forma verbi خرس *mutum reddidit* Lexico addatur. Occurrit etiam apud al-Maqqarī II. p. ١٨٥, vs. 19; in hemistichio in *al-Qalāyid* (MS. A. I. p. 86):

(الطويل) يُطَوِّقُ أعناقًا ويُخْرِسُ أَلْسُنًا

Sensus versûs Abū-Tammām*i* est: fluitat puellae cingulum, dum eius crura adeo carnosa sunt, ut compedi nullus audiatur sonus.

Pag. 108, vs. 5 et 109, vs. 1. Lege: et huius (regis) notâ signata erat.

Pag. 109, ann. 194. Lege ومبرمها et dele verba: Infin. ابرام caet., nam locus de 'Ibn-Ammāro quem citavi, alium sensum habet.

—, vs. 4—10. Haec sic legantur: Et non cessavit in eâ iubendi et vetandi potestatem exercere, de civium perfidiâ minime sollicitus, quia de iis bene cogitabat, et bonam, sed vanam, de iis fovebat opinionem, quam non perpenderat neque accurate examinaverat, (quot autem reges ferali amiculo involverunt isti, sanguine inquinatos! Quot reges sepeliverunt, qui vix (violentâ morte) ultimum spiritum emiserant! Quot thronos everterunt, quot nobiles opprobrio affecerunt!) donec nocte quâdam 'Ibn-'Ocāsa in urbe seditionem moveret, et ad eam traheret caet.

—, ann. 196 deleatur, ut dixi Vol. II. p. 256.

Pag. 110, vs. 4 et 5. Lege: dum ipsius pedites et equites, qui sensim sensimque se cum ipso coniunxerant, ipsum defendebant.

—, vs. 13—15. Lege: Incognitus mansit huius beneficii auctor, ita ut gratiae ei agi non possent pro insigni eius beneficio.

Pag. 111, ann. 207. Cf. Glossarium meum ad 'Ibn-Adārīum p. 12.

—, vs. 5 et 6 et ann. 208. Deletâ hac annot., legatur: Fuerunt nonnulli qui optimum putabant fugam et exilium; alios vero ipsorum pedes in exitium tulerunt.

—, ann. 209. Cf. Vol. I. p. 428.

Pag. 112, vs. 7. Legendum esse *deferet*, dixi Vol. II. p. 257.

—, vs. 11. Lege *aperuisti* et *auxit*.

Pag. 113, vs. 1 et ann. 213. Lege: Vos mihi fatum eripuit, et tamen caet. Quae in annot. de مقدار dixi deleantur. Particula ب in بكما est باء التعدية, et ipse iam observavi (Vol. I. p. 414, ann. 106, et in Glossario ad 'Ibn-Badrūnum p. 110), verbum هوى cum ب transitivam habere potestatem et denotare *labi fecit*. Exemplis quae iam dedi adde 'al-Maqqarī II. p. ١٧٩, vs. 10.

—, vs. 4 et 5. Lege: Abiistis dum aetas vestra adhuc tenera erat, et mox fortunae casûs meam potentiam ad nihilum redegerunt.

Pag. 114, vs. 1. Pro *etiamsi* lege *quodsi*.

—, vs. 11 et 12. Lege: Exitium vestrum, quamdiu meum cor unum suspirium asservat, exacuet semper dolorem caet.

Pag. 115, vs. 4. Cf. Vol. I. p. 428.

—, vs. 10. Lege: utilitatis; dispersit (magnâ fortitudine) densum pulverem, et migrare fecit caet. — Utrumque جلا idem est atque كشف, sed quandoquidem ad diversa obiecta refertur, diversam habet significationem.

Pag. 115, vs. 3 a f. et ann. 228. Lege: 'Ibn-'Obāda, et cf. Vol. I. p. 428. 'Ibno-'l-Catīb (infra Vol. II. p. 175) hos versûs tribuit, non Abū-Abdi-*l*-lâho, sed Abū-Becro ('ibn-'Obāda), i. e. filio, ut videtur; sed male, ni fallor, nam filius recentior erat, quippe aequalis 'Ibn-Bassāmi; v. 'al-Maqqarī II. p. ٣٣٠, vs. 5 a f.

Pag. 116, vs. 9 et 10. Lege: Tunc dixit ei: tibi sit septima sagitta, quando in tuâ praesentiâ sagittae commiscentur (commoventur). Cf. Pocockii *Spec. Hist. Ar.* p. 318 in f.

—, ann. 237. Cf. Vol. II. p. 257.

Pag. 117, vs. 9 et 10, et ann. 247. Credo in hoc versu reverâ *de feris bestiis* esse sermonem, cadavera devorantibus eorumque sanguinem lambentibus; quod si ita est, pronomen ه in عليه spectat ad عديّا in versu praeced. Dele igitur annot. 247 et verte: Multa ferarum agmina ad eos devorandos undique concurrerunt, sed (quamquam multa essent) potus tamen et cibus non imminuti sunt.

Pag. 118, ann. 250. Duo hi versûs exstant quoque apud Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes* II. p. 507. Pro تخبرنى ex hoc libro lege تتخبرنى. In secundo hemistichio Caussin habet: فانّى لا الومك فى دخولى, et vertit: «Tu ne peux me «permettre l'accès près de sa personne, je le sais et ne t'accuse pas.» — In versione meâ lege *te* et *mihi.* *

—, vs. 6—8. Reiectâ versione quam dedi Vol. II. p. 257, hos versûs nunc sic verto:

O tu qui obliquis verbis me indicas, cupiens malo me afficere! cave ne obviam (mihi) venias, nam consilium dedisti viro qui ita aget ut facti tui te poeniteat.

Sciat is quem in errorem induxit mea facilis lenisque indoles, venenum reconditum esse sub leni tactu serpentis!

Pag. 119, vs. 11. Melius: erat vir quem nullius criminis poenitebat. — Ad sequentia verba, quae e versu quodam desumta sunt, cf. quae dixi Vol. I. p. 325, ann. 4.

—, vs. 2 a f., ult., et ann. 260 et 261. احزم et اجرم non sunt perfecta 4ae formae, sed sunt superlativi. Deletis igitur his annot., legatur: erat prudentissimus eorum qui dolo decipiebant et fraude utebantur, scelestissimus eorum qui existebant.

Pag. 120, vs. 2. Cf. Vol. II. p. 257.

—, vs. 3. Pro *nullusque finitimus eum timebat*, legendum esse: *et nemo qui sub eius clientelâ erat, timebat* (scil. hostes), dixi Vol. I. p. 324, ann. 4, ubi quoque monui haec verba e versu desumta esse.

—, vs. 6. Lege: *Tunc res* (quibus operam dare debuisset) *magis neglectae sunt quam negligitur lucerna tempore matutino*, ut dixi Vol. II. p. 257. Caeterum cf. hos versûs, qui exstant apud 'al-Maqqarī*um* II. p. ٢٥٩:

(الطويل) الا لُعِنَ الحَمَّامُ دارًا فانّه   سواء به ذو العلمِ والجَهْلِ فى القدرِ
تضيع به الآدابُ حتّى كانّها   مصابيح لم تَنْفق على طلعة الفجرِ

Et in ʿal-Maqqarī Libro tertio partis secundae: فالمصباح لا يظهر له نور عند هذا الصبح، وصاحب المفتاح لا يهتدى معه الى الفتح»، ☆

Pag. 120, vs. 9–12. Verba مُلْقِح et مُنْتِج non pertinent ad الخبر, nam tunc auctor scripsisset ملقحًا et منتجًا in accusativo, sed ad ʿal-Moʿtaḍidum. Igitur vertendum est: Venit autem de hisce nuntius ad ʿal-Moʿtaḍidum, virum illum qui bella foecundare (excitare) et proelia in partu iuvare (i. e. concitare) solebat; qui vel sub alis aquilarum aves venabatur, et ex faucibus draconis praedam subripiebat.

—, vs. ult., et ann. 270. De his cf. Vol. II. p. 257. Phrasin ردّ اليها بنانه re-verâ, ut dixi, epistolas indicare, quas princeps ad urbis incolas misit, patet v. c. ex loco qui exstat in ʿal-Maqqarī Libro quarto partis secundae, ubi auctor post longiorem digressionem his verbis ad argumentum redit: ولنمسك عنان البَنان ونرجع الى ما كُنّا بصدده من شان لسان الدين ☆

Pag. 121, vs. 1—3, et ann. 273. Haec correxi Vol. II. p. 257.

Pag. 122, ann. 277. Cf. Vol. I. p. 428.

—, vs. 3 et ann. 279 et 280. Restituenda est ex aliis Codd., ut nunc dixi ad textum h. l., lectio بالزّبد. Habet hanc phrasin ʿaz-Zamaćšarī in *Asāso ʾl-balāga*: رمى بزبده وازباده. Vox قَنًا hoc loco est singul. masc.; sic enim nonnunquam in usu est; cf. Cl. Fleischer ad ʿal-Maqqarī*um* II. p. XVII; versus in ʿal-Maqqarī Libro secundo partis secundae:

(الكامل) وطعنتُم بالمكرمات وباللهى   فى حيث لو طعن القنى لَتَكَسّرا

تُصُدٌ est plur. a قَصْدَة, quod adiective positum est, ut رمحٌ أَقْصادٌ (cf. ثوبٌ قَدَدٌ, ثوبٌ أَخْلاقٌ, حَبْلٌ أَرْمَاثٌ et similia). Est epitheton ornans hastae, *fragilis*, سريع الانكسار, ut habet ʿaz-Zamaćšarī, et eodem sensu exstat متقصّد in hoc versu Abū-Tammāmi:

(الطويل) حلفتُ بربّ البيض تدمى متونها   وربّ القنا المُنْآد والمتقصّد

Locus igitur noster sic vertendus est: quae iaculari solebat spumam, neque retrocedebat a fragili hastâ.

Pag. 122, vs. 8. Pro *ut eos in hospitium exciperet*, lege: *ut eos blanditiis ad arcem tradendam permoveret*, ut dixi Vol. II. p. 257.

Pag. 123, vs. 5 sq. Haec correxi Vol. II. p. 257.

—, ann. 288. Cf. Vol. I. p. 428.

Pag. 124, vs. 1 et ann. 294. De nominibus propriis hìc cogitandum non est, sed simpliciter vertendum: et punivit eum sicuti punitur rebellis camelus.

—, vs. 2 a f. Ex versibus 5—9, quos edidi Vol. II. p. 64, patet poëtam in initio carminis se ipsum alloqui. Igitur pro *me* lege *te*.

Pag. 125, vs. 1 sq. Haec correxi Vol. II. p. 257.

Pag. 126, vs. 8. Cf. Vol. II. p. 257.

Pag. 127. Prima pars annotationis 319 deleatur.

—, vs. 3 a f. Lege: *in huius atriis, similis ramo vento agitato*, et dele ann. 323; cogitandum enim est de corporis elegantiâ.

Pag. 128, vs. 4—6, et ann. 325 et 326. Cl. Fleischer putat, verbum تجوّن hìc illum sensum habere, quem indicavit in suâ editione Noctium Arabicarum XII. p. 93, nempe *sich vertiefen, tief eindringen;* quod etiam ideo praefero, quia tunc تكوّن solitam suam habet significationem. Deleantur igitur ann. 325 et 326, et verte: Extensissimae erant eius regiones et terrae, et in his aderant omnes res ad vitam necessariae; nihil quod caet.

Pag. 129, vs. 2. Lege: et se iis traderet.

Pag. 130, ann. 336. رنّ, quod etiam ex coniecturâ scripsi Vol. I. p. 315, vs. 4, reverâ exstat, nam ait 'az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub رنّ): سمعت له رنّا ورنينًا صيحةً حزينةً ۞

—, vs. 3 et ann. 339. Haec correxi Vol. II. p. 257 sq.

Pag. 131, vs. 1 sq. Perfide itaque agerem, si palpebra mea suis guttis avare parceret, et si anima mea tam vilis esset, ut pro sociâ habere posset patientiam. — Ann. 341 deleatur.

—, vs. 9. Pro: *et ereptis ei locis metuendis et angustis*, lege: *et occupatis contra eum* (ita ut evadere non posset) *viis inter montes angustis.*

—, vs. 11 sq. Post *velit* sic lege: illo tempore quo earum invasiones eum noxâ afficiebant, eumque copioso calamitatum imbre affligebant.

Pag. 132 sq., ann. 360. Cf. Vol. II. p. 258.

Pag. 133, vs. 2 sq. Pro *desiderium* lege *tumultum* (القشعة) et pro *velox* potius *fervens.*

Pag. 134, ann. 367. Vide hoc carmen Vol. II. p. 337 sq.

Pag. 135, vs. 4. Cf. Vol. I. p. 429.

—, ann. 369. Cf. Vol. II. p. 258.

—, ann. 374. Cf. Vol. I. p. 429.

Pag. 136, vs. 9 sq. Lege: Metu talis viri cuius aut beneficiis aut ense homines aut in Paradisum aut in Infernum deveniebant. (Nempe eius beneficia tanta erant, ut ii, qui ea acceperant, in Paradisum devenisse sibi viderentur; ii vero, quos ense necaverat, in Infernum deveniebant.)

—, vs. 3 a f. Pro *serpentis magni* lege *leonum*.

Pag. 138, vs. 3 sq. et ann. 387. لهم spectat ab 'Abbādī*das*, qui hìc ob fortitudinem cum serpentibus et leonibus comparantur, et اساود لهم idem fere est atque اساودهم. Verte igitur: Lustrum quod intraverunt infortunia, quae aggressa sunt eorum ('Abbādī*darum*) serpentes et leones, qui in illo (lustro) erant.

—, vs. 5 sq. et ann. 388. عاكف non idem est atque معتكف, sed عاكفٌ وبادٍ idem est atque حاضرٌ وبادٍ, nempe *oppidanus et campestris*. Verte igitur: at in quâ hodie nullus est oppidanus nullusque campestris.

—, vs. 2 a f., ult., p. 139, vs. 1. رماحُ الحظّ est appositio, ut quoque بيضُ الظُّبا. Verte igitur:

Illas hastas, hastas felicitatis, rectas reddiderunt eaet.

Et illorum gladiorum, gladiorum splendentium, aciem crenis impleverunt eaet.

Pag. 139, vs. 3. Pro: nullum — praesidium, lege: nullo promisso non stetit, i. e. omnibus promissis stetit, hoc sensu: omnia mala, quae minatum erat, attulit tempus.

Pag. 139, vs. 14 et ann. 396. Dele priorem partem huius annotationis et verte: Male tractatae sunt omnes orae loricarum eorum, nam ex iis facta sunt vincula collis. — Voc. طوق hìc superiorem loricae oram, quae collum circumdat, denotat; nam Petrus de Alcala *cabeçon de camisa* (i. e. *col de chemise*) vertit طَوْق, et hoc sensu ait 'Ibno-'l-Catîb (Cod. Cl. de Gayangos fol. 72 r.): لبس الحظوةَ شملةً لم يُفارِقْ طوقُها رقبتَه.

—, vs. 2 a f. et ann. 397. Istud نَسِيتُ optative sumendum est et respondet notae formulae: ما أَنْسَ لا أَنْسَ. Verte igitur: Utinam (omnia) obliviscar praeter illud matutinum tempus in ripâ fluminis, quando in navigiis erant ut mortui in sepulchris!

Pag. 140, vs. 9. Haec correxi Vol. I. p. 429.

Pag. 141, ann. 403. Pro ترقية lege ترقيه. *

—, ann. 406. Cf. Vol. I. p. 429.

Pag. 142, ann. 407. Etiam palatium quoddam ·al-Mo·ṫaçidi, ċalīfae Ȧbbāsīdae, quod Bagdādi erat, ·aṫ-Ṫoraijā vocabatur. Vide *·al-Qāmūs* p. 1852, vs. 7 a f.

—, ann. 410. Cf. Vol. I. p. 429.

Pag. 143, vs. 1 sq. Lege: *o ingens moles maris aquarum, semper auxilium tuum praesta*, et dele alteram partem annotationis 412. Patet igitur, ·al-Mo·ṫamid*um* hos versûs non in carcere composuisse, ut ait ·al-Fatḫ, sed in nave.

—, vs. 4. Pro: ipsa mutata est, lege: hi mutati sunt.

—, vs. 6. Accuratius: qui efficiebat ut carpere possemus gratam vitam. — Rectissime enim observavit Cl. Fleischer (ad ·al-Maqqarī*um* II. p. xii), 4^{am} formam verbi جنى non significare, ut in nostris Lexicis traditur, *carpsit*, sed *effecit ut carperet* (cum dupl. accus.). Ignotum hoc erat de Sacyo; vide eius *Chrest. ar.* III. p. 536.

Pag. 147, vs. 1. Verba وهو سارح necessario ad ·al-Mo·ṫamid*um*, non ad festum, spectant. Credo igitur سارح hic significare: *barbam a pulvere purgans*, vel *caesariem pectens*. Teste enim Burckhardto (*Arab. Proverbs* n⁰. 376), qui scribit سَرَّح, hoc verbum significat *to cleanse the beard from dust*, et secundum ·az-Zamaćšarī in *Ȧsāso 'l-balāga* est: *pexit* comas mulier; habet enim: سرحتْ شَعْرَها مشطتْهُ. Boni scriptores illo utuntur, veluti Ibn-Ćallicān ed. de Slane I. p. ٩١٤: وكان مالك اذا اراد ان يحدّث تَوَضَّأ وجلس على صدر فراشه وسرح لحْيَتَهُ; Abū-'l-maḫāsin I. p. ٢٨٨: وبينا ابن هُبَيْرة يتهيّأُ لصلوة الجمعة ويسرح لحيته, ubi Juynboll perperam dedit يسرج; correxit hoc Cl. Fleischer (II. 1. p. 56), literae ج substituens ح, sed pronuntiat يُسَرِّح in 2ª formâ, quae bona quidem est (vide v. c. versum apud Qotbo-'*d*-dīn p. ٩٧, vs. 10 ed. Wüstenfeld), sed non necessaria videtur, nam in tribus quibus utor ·az-Zamaćšarīi Codicibus *ṫešdīd* non additum est, ita ut librarii certe de primâ, non de secundâ formâ cogitasse videantur. — Dele itaque annot. 434 et verte: Primo festo quod eum Ȧgmāṫi occupavit, dum barbam a pulvere purgabat (vel: caesariem pectebat; Galli dicerent: tandis qu'il faisait sa toilette), nam ei caet.

Pag. 148, ann. 440. Cf. Vol. II. p. 258. Pro تعيّشهن legendum esse ex Codice تمعّشهن, dixi Vol. II. pag. 178, ann. 107.

Pag. 149, vs. ult., et ann. 452 in pag. 150. Ad verbum est: antequam eius directus intuitus (Germ.: *sein gerade aus gerichteter Blick*) ad ipsum esset reversus, i. e. collato loco Qorān*ico* quem ad textum citavi, quam citissime.

Pag. 150, vs. 2, et ann. 453 et 454. Cf. ·al-Maidānī I. p. 660 et II. p. 417, n⁰ 34.

Pag. 150, vs. 3. Lege: Sīr*us* castra posuit e regione eius (vis-à-vis de lui). Annot. 455 deleatur.

—, vs. 4. Pro *suum morbum* lege *morbum eius*, i. e. cuius ille causa erat. Annot. 456 deleatur.

—, vs. 5—7. Longe abest ut textus hîc perspicuus sit. Dubium enim est utrum haec verba ad filium ·al-Mo·tamid*i* spectent, ut versionem scribens putabam, an ad Sīr*um*, quod nunc mihi probabilius videtur. Deinde dubium est utrum وانحشدت et quae sequuntur negative an affirmative accipi debeant. Suspicor tamen, sententiam sic esse vertendam: Sīr*us* illum obsedit, quum nondum instrumenta quibus iaculari debebat, paraverat (nempe Sīr*us*); sed sensim sensimque conveniebant ad eum (Sīr*um*) exercitûs ex quovis tractu, et effundebatur in eius caldaria omne aes fusile (cf. ad textum huius loci).

—, ann. 457. Alia exempla 7[ae] formae verbi حشد exstant apud ·Ibn-Ǵobair p. ١٣٠ et ١٤٩ ed. Wright.

Pag. 151, vs. 12. Pro *erat* bis lege *est*.

Pag. 152, vs. 3 sq. Hunc versum sic vertit Cl. Fleischer: En s'étendant en tout sens, mais en te défendant toute extension (c'est-à-dire, en t'empêchant d'étendre tes membres), en t'embrassant avec ses plis et replis, mais non par pitié pour le pauvre prisonnier.

—, vs. 14 sq. Lege: Speras animo, moerore presso, laetitiam, sed nigrae calamitates nolunt nisi perdurare.

—, ann. 476. Lectio المنايا exstat etiam, teste Dugat, in Cod. K. (i. e. Paris. suppl. ar. n[0] 677). Est, ut iam dixi, multo melior et fere necessaria.

Pag. 154, vs. 7 et ann. 480. Potius: virorum nobilium.

—, vs. 13 sq. Singula verba hoc quidem significare possunt, attamen vix credo, me versum recte vertisse, nam si significaret quod versione meâ expressi, non bene cohaereret cum toto carmine, et praeterea dubito an vox رمق sensu *gregis* (qui e Persico رمه fluxit) apud *auctores Hispanos* occurrat. ذوو الاخطار sunt *viri nobiles*; ·al-Ǵauharī: وخَطَرُ الرجلِ قَدْرُه ومنزلته; ·az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāg̱a* (sub خطر) habet pluralem, ubi ait: ورَجُلٌ خطيرٌ وقوم خطيرون وله خَطَرٌ ولهم اخطار. Quod attinet ad vocem رمق, significat illa *rem minimi momenti*, ut in loco quem edidi Vol. I. p. 255, vs. 14, sed qui ex Codice B. sic legendus est: فلم اشعر به الّا وقد لفّ اوباشا من خساس صبيان العبيد — اذ لم يطمع اللعين ان يساعده على هذه الفتكة مَن فيه أدْنَى رمق واقلُّ مُسْكة„, *Quum tale quid minime exspectassem, iam turbam collegerat ex vilibus pueris servorum, quandoquidem maledictus iste non cupiebat ut sibi opem ferret in*

hac improvisā et violentā irruptione talis in quo vel minima pars boni esset aut minima integritas[13]. Lexica hanc significationem vocis رمق non habent; sed conferatur 'az-Zamaćšarī: رمّق غنمه سقاها ماء قليلا وهم يرمّقونه بشىء قليل ويرمّق الماء واللبن يحتسيه حَسْوَةً حسوةً ورمّق الكلامَ لفّقه شيئًا فشيئًا. Cf. etiam رماق et رُمْقة (plur. رُمَق), quas voces Arabes explicant: قَدْرُ ما يُمْسِك الرَّمَقَ, *quantum extremo vitae spiritui retinendo sufficit*, i. e., ut ita dicam: ultima mica; et sic in proverbio (apud 'al-Maidānī II. p. 690): موتٌ لا يَجُرُّ الى عارٍ خَيْرٌ من عيشٍ فى رماقٍ, *mors quae dedecoris causa non est, melior est quam vita in summā penuriā.* Eodem igitur sensu 'al-Mo'tamid*um* hìc, fortasse metro et homoeoteleuto coactum, plurali ارماق usum fuisse arbitror (quamquam, quod silentio praetereundum non est, *pluralis* etiam est in proverbio ('al-Maidānī I. p. 670): شرُّ العيشة الرُّمَقُ, *pessimus victus ultimae micae*), et versum sic verto: Quandonam vidisti calamitates, quum nobilissimos viros aggrediebantur, his vel rem minimi momenti reliquisse?

Pag. 155, vs. 5. Potius in masculino: illos quos — expositos — quos.

—, vs 6 sq. Lege: et observantem coelum illudque considerantem.

—, vs. 2 a f., ult. et ann. 489. Falsam esse explicationem quam hìc dedit Cl. Fleischer, ipse vidit collato versu qui exstat apud 'al-Maqqarī*um* I. p. ٥٣٣: وانشد يوما فى حاقته لابن الرومىّ فى خبّاز

(البسيط) لم انسَ لم انسَ خبّازا مررتُ به يدحو الرقاقة وشْكَ اللمح بالبصرِ
ما بين رؤيتها فى كفّه كُرَةً وبين رؤيتها قوراءَ كالقمرِ
الّا بمقدار ما تنداحُ دائرةٌ فى صفحة الماء يُرْمَى فيه بالحجرِ

Metrum ostendit, pronuntiandum esse بمقدارِ ما; patet praeterea ex versu, istud ما non esse negativum, et vocem دائرة denotare: circulum quem in aquâ creat iniectus lapillus. Locus igitur 'al-Fat*h*i sic vertendus est: loca ubi antea habitasset. Non plus temporis praeteriit quam necessarium est circulo in aquâ ut totam suam extensionem obtineat, vel oculo obstupescenti ut se ad aliquid convertat, priusquam diceret haec; i. e. sine morâ dixit haec.

Pag. 156, vs. 2 sq. Lege: Sicne perire debet gladius in vaginâ suâ, semper deside-

---

13) De مُسْكة infra annotabo, ad Vol. I. p. 289.

rans ut manu meâ quatiatur? — Constructio enim est, ut me monuit Cl. Fleischer:
طويلَ الحنينِ الى هَزِّ كَفِّى ☆

Pag. 156, ann. 492. Cf. Vol. I. p. 429.

—, vs. 13—15, et p. 157, vs. 1. Hos duos versûs sic vertit Cl. Fleischer:

N'y a-t-il pas de miséricorde pour le fils d'une mère courbée, poussant tantôt des soupirs aigus, tantôt des gémissements sourds,

Et espérant recevoir de la poitrine de sa mère une pression qui le loge dans la poitrine d'infidèles livrés au malheur par la force magique du mauvais œil?

Observat praeterea, مَحْنِيَّة esse vocem poëticam pro قَوْس. Inde ابنُ مَحْنِيَّة idem est atque ابنُ حَنِيَّة, nempe *sagitta;* cf. apud Freytag I. 162, 2: «بنات الحنايا *sagittae.*» — كُفْر poëtice positum esse affirmat pro اهل كُفْر, et addit, ex lectione 'al-Maqqarī*i* esse كِبْر, pro اهل كِبْر *virorum superborum.* Ait denique مَعِين esse a verbo عان يَعِين *oculo maligno laesit.*

Pag. 157, vs. 9. Pro *tristitiam* lege *angustiam* (حزبا).

—, ann. 499. Pro بتّه lege بثّه. *

—, vs. 2 a f. et ult. Verbis: et tristis erat — colloquio, haec substitue: et percipiebat efficacitatem colloquiorum quae cum iis habebat.

Pag. 158, vs. 11. Pro: nunquam aderit, lege: nondum adest.

—, vs. ult., et p. 159, vs. 1. Quum verba الى نعيم عهدنه regantur ab افتقارهن, accuratius sic vertissem: Cogitabat quoque de filiabus suis, egentibus pulchrâ conditione quam cognitam habuerant, et laetitiâ caet.

Pag. 162, vs. 4. Lege: Celat eius (Agmātī) umbraculum, imo eius dedecus, virum supra quem caet., et corrige ann. 524.

—, vs. 6—8. Lege: Virum, aeque generosum ac strenuum, cuius hastarum cuspides ex Indico ferro erant factae, et cuius dona camelorum centuriis constabant. — Annot. 526 deleatur; lusus verborum hic non exstat, sed tantum paronomasia inter هندية et هنيدات, et Reiskius versum melius intellexerat quam ego.

—, vs. 11 sq. Docuit me Cl. Fleischer, hunc ineptum et absurdum versum sic esse vertendum: (Omnia) aegre ferebam, praeter catenas quae in eo serpunt; nam quomodo displicere possent serpentes in hortis? — Corpus scilicet regis cum horto comparatur.

Pag. 163, vs. 1 sq. Idem me monuit, vertendum esse: sed sunt instrumenta quae

incarcerandae gloriae inserviunt (sed hoc ita esse non potest, nam sunt caet.; ad اذا cf. p. 70, vs. 4).

Pag. 163, vs. 9 sq. Eodem auctore, hic versus sic verti debet: Est Oceanus (هو بحر محيط), in quem se coniungere vidimus, ut in medium circuli punctum, septem maria. — Nempe السبع المحيطات sunt septem maria, quae, ex Orientalium opinione, se in البحر المحيط effundunt. Deleantur itaque ann. 532 et 533.

Pag. 164, vs. 8 sq. Monente eodem, hic versus sic vertatur: Et in locis consitis (utinam nunquam exarescant!) erant loci consiti voluptatis, qui fructûs carpendos offerebant. — Deleatur itaque ann. 541.

—, ann. 540. غروسات, ait Cl. Fleischer, non est a sing. غروسة, sed est جمع الجمع a غروس, plur. vocis غَرْس.

—, vs. 2 a f. Cf. Vol. I, p. 429.

Pag. 165, ann. 545. Ultimum carminis versum sic lege: *Horum quisque est lupus macris coxis praeditus, et subditi ab iis tractantur quasi essent oves* (quae scil. a lupis devorantur).

Pag. 166, vs. 1. Lege: et qui, eo auctore, omnia quae desiderabat, obtinuerat.

—, ann. 545, *a*. Haec correxi Vol. I. p. 429. — Ultimum vocabulum primi hemistichii versûs tertii Cl. Fleischer (ad ·al-Maqqarī*um* II. p. xxi) legit مُنْتَه. — Pro voce المبادر, cui interrogationis signum apposui, fortasse legendum est النادر, de quo vocab. cf. Vol. II. p. 234.

Pag. 168, ann. 554. Ex Cl[l]. Fleischer opinione لواعج exprimit *vehementes dolores*, collatis locis ·al-Maqqarī*i* I. p. ١٩٩, 8, p. ٢٧٥, 13, p. ٩٩٥, 5.

—, vs. 10. Pro: irruit in, lege: statim occidit.

—, vs. 11 sq. Monuit Cl. Fleischer, istud ما post ومن قبله non esse negativum, sed esse ما المصدرية, vel simpliciter ex pleonasmo additum esse. Saepe ponitur post praepositionem huiusque complementum (جارّ ومجرور, ut loquuntur Arabum grammatici) e. g. ·al-Maqqarī I. p. ٢١٤, 13, p. ٤٠١, 10, p. ٤٠٥, 4; II. p. ٢٥٣, 24; cf. *Wakidy's Campaigns* ed. Kremer p. ١٩٣, 20, et editoris annot. p. 15, vs. 1. Verte igitur: Iam ante hunc abripuit ·a*n*-No·mān*um*, nepotem ·aš-Šaqīqa*e*, eiusque rapidam in hac terrâ vitam convertit in vitam illam aeternam.

§. 3.

Pag. 169, vs. 10. Pronuntia رِبْحُهُ كَلٌّ et cf. ad versionem huius loci.

—, vs. 4 a f. sq. Lege آلآمهٔ et وتَجَلَّهُ, ut monuit Cl. Fleischer ad ·al-Maqqarī*um* II. p. XLIII.

Pag. 170, vs. 10. Quantum scio, unus tantum est prope oppidum Silves fluvius, qui nunc *Rio de Silves* dicitur, et etiam in versibus ·Ibno-'*l*-Labbān*ae*, qui sequuntur, de uno tantum sermo est. Itaque aut بِنَهْرِها legendum est, aut بِنَهْرِيها, ita ut sit اشْباع, veluti saepe scribitur أَهْلِيهِ et أَهْلِيها pro اهله et اهلها.

—, vs. 3 a f. تَجَلَّت. Non necessaria est 2^a forma et propter parallelismum cum مَحَتْ potius legerem تَجَلَت in 1^a.

Pag. 171, vs. 11. Istud يُجَدِّدْ nihili est; lege cum aliis Codd. تُجِدْ vel تُجِدْهُ.

Pag. 172, vs. 6. Lege والتَّشَكِّى et والتَلَكِّى. *

—, vs. 8. Pronuntia cum Cl. Fleischer (ad ·al-Maqqarī*um* II. p. XLIII) الطَعَّان. — Pro ارجع lege ارْجِعْ. *

Pag. 173, vs. 5. Pronuntia تَبْقَى, ut monuit Cl. Fleischer (l. l.).

—, vs. 6 et ann. *i*. Lectionem aliorum Codicum ما فى, quam etiam bonam esse dixi, unice probandam esse nunc censeo cum Cl. Fleischer, qui observavit hunc et sequentem versum etiam exstare in vitâ Bahā.o-'*d*-dīn*i*, quam dedit Cl. Freytag in *Zeitschrift der Deutschen morgenl. Gesellschaft* (VIII. p. 826). (Desumsit eos Freytag*ius*, ni fallor, ex ·Ibn-Ćallicāne; v. Wüstenfeld*ii* editionem Fasc. XI. p. ١٣٩, vs. 2 sq.). Ibi Abū-'l-Haggāg Jūsof (nempe ·al-Baijāsī) iis utitur, Bahā.o-'*d*-dīn*um* allocutus; sed fugit editorem, eos non ab hoc viro, sed ab ·*ar*-Rāçio esse compositos. Caeterum apud Freytag*ium* pro تدوم legitur تعيش, et in vs. sq. pro اطاقوا et لم يتحفوك ibi exstat ارادوا et لما تدرك. Lectiones illas, quae in meo textu exstant, longe elegantiores esse, vix opus est ut moneam.

—, vs. 13. Lege تَقْهَرِ.

Pag. 174, vs. 4. Pronuntia مُفاخِر, ut dixi Vol. II. p. 258.

Pag. 175, vs. 6. Quum فِيَّ contra metrum esset, legendum est لى vel بى, ut quoque monuit Cl. Fleischer.

—, v. 7. Pro فى lege بى.

—, vs. ult. Vix opus est ut moneam, و ante الخَطِيَّة delendam esse.

Pag. 176, vs. 1. Lege اوردناه. *

Pag. 177, ann. 7, vs. 7. Pro 'Ibn-Nabāta, lege 'Ibn-Nobāta.

Pag. 178, vs. 1. Lege: et eius ventus terrifico turbini occurreret. — Est enim, ut monuit Cl. Fleischer (ad 'al-Maqqarīum II. p. XLIII), proverbium quod exstat apud 'al-Maidānīum (I. p. 44), ubi legitur: ان كنت ريحا فقد لاقيت اعصارا, *quodsi ventus es, turbini occurristi* (i. e. tu, quamquam strenuus, alteri (puta: inimico tuo) tamen impar es). Cf. etiam locus 'al-Ḥarīrīi (p. ٢٣., vs. 2 ed. 1[ae]) quem citavit Fleischer, et locus in praefatione operis *'al-Qalāyid*, a Weijersio editâ (*Orient.* I. p. 406): وتلقّى الريح اذا أرهقها اعصارها, quem recte interpretatus est Weijers, qui tamen non animadvertit, proverbium hìc spectari.

—, vs. 10—13. Lege: Descripsi ego ex eius carminibus, in quibus indicat dolores quos patiebatur et in quibus quaeritur de iniustâ culpatione et reprobatione quâ affligebatur, talia quae pro novis et admiratione dignis habebis, quae magni faciet animus, quaeque caet.

—, ann. 14 deleatur.

—, vs. ult. — p. 179, vs. 1—4. Lege: cucurrerunt in eo veloces equi eius ('al-Mo'tazzi) voluptatum et micuerunt in eius (palatii) areis fulmina rerum quas optabat; Fortuna tunc temporis ei ('al-Mo'tazzo) obediebat abusque mane ad vesperum, iis scilicet diebus quibus nondum privatus erat suis amuletis et adhuc eius calyces floribus iuventutis gaudebant. — Male putaveram, pronomina in راحاته, امانيه caet. ad *palatium* referenda esse; referenda sunt ad principem, sed utrum ad 'al-Mo'tazzum (ut nunc in versione expressi) an ad eius patrem 'al-Mo'tamidum, e contextu non satis liquet. Quodsi ad 'al-Mo'tamidum spectant, vertendum est in plusquamperfecto *cucurrerant*, *micuerant*; sed propter versum 'Ibno-'l-Labbānae et verba 'al-Fatḥi فلما صدر عنها الخ, verosimilius puto, hìc de filio quam de patre sermonem esse. — Vocem راحات verti *voluptates*, quae quidem significatio in Lexico non est enotata, sed quae arcte cohaeret cum illâ ex quâ راحة significat *quies, commoditas.* Sic موضع راحة exprimit *locum in quo homines se oblectant* in versu quem citat 'al-Maqqarīus (II. p. ٣٠٥), hortus v. c. vel popina.

Pag. 179, ann. 18 deleatur.

—, ann. 19. Pro *optares* et *existimares* lege *optaret* et *existimaret.*

—, vs. 7 sq. Lege: *erat fluvio*, et cf. ad textum huius loci.

Pag. 181, vs. 1. Lege: Attamen mirum non est, te ignoscere et nos omnes labi. — Post لا غرو enim pronuntiandum est أنّ, non إنّ.

—, vs. 2. Lege: talem autem non invenimus (non vidimus).

Pag. 182, ann. 38, ad verba: *Quum Cidus Rodericus* caet. Haec scribens, nondum habebam textum libri c. t. *Kitābo 'l-·ictifā*, et in errorem inductus sum a Cl⁰. de Gayangos, qui locum qui hîc spectatur perquam inaccurate vertit. Vide textum libri *Kitābo 'l-·ictifā* in meo Volumine II. p. 25, vs. 7—9, et cf. quae de rebus, de quibus hîc sermo est, dixi in meâ *Histoire des musulmans d'Espagne* IV. p. 211 sq. Attamen ex ·al-Mo·tamid*i* carmine (p. 174, vs. 6—9), quocum, ut dixi, conferendum est ·ar-Rāçī*i* carmen p. 175, vs. 15 sq., efficio, ·ar-Rāçī*um* aliquando, et quidem ante illud tempus de quo ·al-Fatḥ loquitur, Christianos contra patris iussum adortum et cladem passum fuisse.

—, vs. 1. Pro *eum* lege *eos*. *

Pag. 183, vs. 1 sq. et ann. 39 et 40. Phrasis خاوية على عروشها est Qor·ān*ica* et proprie significat, teste ·al-Baiçāwīo ad Sūr. 2, vs. 261, ساقطة حيطانها على سقوفها, (urbs) *cuius muri dilapsi sunt supra eius tecta*, i. e. prorsus diruta. In altero sententiae membro وحوش solitam suam habet significationem, et vertendum est: eo consilio ut eam prorsus diruerent, et adeo devastarent ut ne ferae quidem ibi cibum invenirent.

—, ann. 43. Cf. Vol. I. p. 429.

Pag. 184, vs. 2 sq. Lege: in quo huc illuc trahebantur hostium hastae, et in quo liberi huc illuc currebant eorum nobilissimi equi. — Ann. 48 deleatur; de phrasi مَجَرّ العوالى nuper annotavi in *Zeitschrift der Deutschen morgenl. Gesellschaft* XVI. p. 589, ubi praeter hunc locum citavi ·al-Mo·tanabbī p. ٥٩٠, vs. 1 ed. Dieterici, et ·al-Maqqarī I. p. ٣٠٠, vs. 4 a f., et ubi monui pro verbis in ·Ibno-'l-Ċatīb*i* *Mi·jāro 'l-·ictibār* (p. ١١, vs. 12 ed. Simonet): ألّا انّها السرايا العدو البحرى بحر العوالى legendum esse: ألّا انّها لسرايا العدوّ البحرىّ مَجَرّ العوالى ✿

Pag. 185, vs. 4 sq. et ann. 55. جَزْل hîc non est substantivum, sed adiectivum, *fortis*, *robusta* (de poësi); cf. operis mei Vol. I. p. 284, ann. 145, vs. 3 a f.; p. 303, vs. 7 a f.; in hoc Volumine infra ad Caput II versus ·Ibn-Wahbūn*i* in Praefatione ·Ibn-Bassām*i*; in meo Catalogo I. p. 64, vs. 3 a f. ann. Vox مَنْزِع designat *modum* vel *rationem* scribendi; cf. ·Abdo-'l-wāḥid p. ٧٧ ed. meae: وربّما كان أحْلا منزعا منه فى كثير من شعره; ·al-Maqqarī initio Libri VI[i] partis secundae: هذا الكتاب غريب المنزع. Vertendum igitur est: in quibus superavit omnes qui solido et robusto scribendi modo excelluerunt.

—, vs. 9. Pro *familiarium* lege *disciplinarum*.


Pag. 186, vs. 4 sq. et ann. 66. Haec correxi et supplevi Vol. II. p. 258. Cf. etiam ·al-Maqqarī I. p. ٧٩٩.

Pag. 186, vs. 9 sq. Legendum esse: *et cur illo tempore eius iussui non obedivisti?* dixi Vol. II. p. 258.

—, vs. ult. et ann. 68. Cl. Fleischer monuit, articulum in المكاسر retinendum esse, haec addens: Est اضافة غير الحقيقيّة. Vocab. مكْسر hîc significat: *internus rei status;* ضعيفُ المكسر dicitur ut صُلْبُ المكسر. — Vertendum igitur est: Non quum verba confligunt cum verbis debilibus.

Pag. 188, vs. 17. Lege: inter acutos gladios hastasque, ut iam supra caet.

CAPUT SECUNDUM.



Haud pauca auxilia nunc habeo, quibus hoc caput, cui inscribere debuissem: *Loci Ibn-Ḥaïjānis et Ibn-Bassāmi*, emendare et supplere possum. Repertum enim est *primum* volumen 'Ibn-Bassām*i*, quod possidet Cl. Mohl, qui eius usum mihi liberalissime concessit. Hic Codex, cuius descriptionem infra dabo, quatuor locos de 'Abbādī*dis* continet, quos editurus sum, et complura offert ex quibus meam de 'Ibn-Bassāmo eiusque operibus dissertationem amplificabo et corrigam.

Quod attinet ad locos, quos ex volumine *secundo* (Codice Oxoniensi) edidi, alicuius utilitatis mihi fuit fragmentum quod Nob. de Slane, Algeriae quum erat, reperit ad calcem Codicis qui priorem partem libri c. t. الانيس المطرب (quem nos *'al-Qartās* appellare solemus) continet. Offert locos quos edidi (excepto capite de Becrī*dis*,* p. 252 sq. libri mei, quod ex aliâ libri parte desumtum est) usque ad libri mei paginam 301, vs. 20, et subsistit in verbis الى البلد. Est, ut ad me scripsit Nobil. de Slane, una tantum *corrāsa* undecim foliorum et formae quadratae; unaquaeque pagina viginti quinque versûs continet. Scriptura est Africana. Tituli capitum alterne rubri sunt et caerulei. Charta est bombycina, lapsu temporis flava facta. In primâ fragmenti paginâ nihil scriptum est, et desinit in versu decimo quinto paginae ultimae. Ex Nobil.[i] de Slane opinione, est excerptum quod nunquam ad volumen quoddam pertinuit.

Fragmentum illud, quod benevole contulit Nobil. de Slane cum meâ editione, tantam cum Codice Oxoniensi habet affinitatem, ut aut ex hoc, quum adhuc in Africâ erat, descriptum sit, aut certe ex eodem archetypo; fere semper easdem offert lectiones, et, quod maxime dolendum est, plane easdem lacunas, sed in universum longe plura menda habet quam Codex Oxoniensis. Utile tamen mihi fuit hoc fragmentum, quod in sequentibus literis Fr. designabo, quia Codex Oxoniensis non semper lectu facilis est.

Haec etiam causa fuit quapropter hunc denuo conferri optabam; etenim Oxonii quum versabar, ea quae descripseram non, ut optassem, attente considerare, ponderare et de-

nuo cum Codice conferre potueram, omnibus quippo studiorum subsidiis destitutus. Meo desiderio humanissime satisfecerunt amicissimi Wright, qui contulit locos quos in paragraphis primâ et secundâ edidi, et de Goeje, qui hoc ipso anno (1862) contulit paragraphum tertiam; ex quâ collatione mihi apparuit, me apographo meo, quod satis bene cum Codice conveniebat, nimis diffidisse et hanc ob causam illud interdum temere mutavisse.

Ad locos, quos ex volumine *tertio* (Codice Gothano) edidi, emendandos, multum contulit Codex eiusdem partis operis, quem ante hos paucos annos Cl. de Gayangos in Africâ, ni fallor, acquisivit. Commodavit illum Doct.° Wright, qui cum eo diligenter omnes fere locos contulit, quos ex Codice Gothano publici iuris feci. Hic Codex (quem literâ B. designabo, Codicem Gothanum A. vocans) in universum quidem Codice A. non multo melior est et Codici Oxoniensi longe inferior; sed quum ad plane aliam familiam, ut dicunt, pertineat, ex utroque inter se collato plerumque satis bonus textus oritur. Maximae utilitatis mihi fuit ad textum longae illius epistolae, ab ʿIbn-ʿAbdi-ʾl-barr*o* ʿal-Moʿtaḑid*i* nomine de ʿIsmāʿîl*is* rebellione scriptae (mei libri p. 253—256), emendandum; nam praeterquam quod multas habet meliores lectiones, complura supplet quae in A. omissa sunt, quaeque ad historiam melius cognoscendam pretio non carent; sed longe minoris usûs mihi fuit in loco ʿIbn-Ḫaijān*is*, eandem historiam enarrantis (libri mei p. 256—259), quoniam huius narrationis summam tantum continet et ipsas illas phrases omittit, quae maximam pariunt difficultatem. Discrepantia inter ambos Codices tanta est, ut tuto statuere posse mihi videar, nos in iis duplicem habere editionem vel redactionem. Caeterum omnes variantes lectiones, quas B. praebuit, annotavi, non exceptis librarii erroribus, ut lector de hoc Codice aequum iudicium ferre possit.

His praesertim auxiliis instructus, ad ea, quae antea scripseram, retractanda accedo.

Pag. 190, vs. 17. De his cf. Vol. I. p. 429, ubi dixi legendum esse الثُّقَف. Veram lectionem habet B.

—, vs. 18. B. hîc habet: وارى انها قد بلغت مداها, et reverâ verbum ارى inserendum esse puto, ne nimis dura sit constructio. Exstat etiam apud ʿAbdo-ʾl-wāḫid*um* (v. meae edit. p. ١٢٥) et ʿa*n*-Nowairī*um*.

Pag. 191, ann. 2 in f. Potius puto, الاخيرة hîc significare: (opera non solide elaborata) *quae recentissimis temporibus prodierunt.*

—, vs. 8. Lege ليضمنها. *

Pag. 192, ann. 4. In tomo primo (fol. 35 r. et v.) ʿIbn-Bassām eandem historiam narrat iisdem fere verbis, his praemissis: وهبط الوزير ابو محمّد عبد المجيد بن عبدون الى شنترين فى جملة اصحاب المتوكّل فاوّل مجلس اجتمعت معه فيه الخ. — In vs. 7 pro

5*

نافعة legendum est فاقعة, ut recte exstat in tomo primo. Deleantur igitur quae ad vitiosum istud نافعة explicandum in fine annotationis dixi. — Ad كلاك الله cf. Vol. I. p. 429.

Pag. 192, vs. ult. et ann. 5. Cf. Vol. II. p. 258.

Pag. 193, vs. 17. Pro ابن الدوديين B. habet ابن الدّوْدى, sed in Indice, qui exstat in tomo primo, etiam, ut deinde videbis, ابن الدوديين scriptum est.

—, vs. 18. B. omittit بالاشبونة.

—, vs. 20 sq. In alio capite, de quo mox dicturus sum, Ibn-Bassām testatur, se anno 493 (non 494, ut hìc narrat) iter Cordobam fecisse.

Pag. 194, vs. 2 et ann. 7. Non credo, me istud معه recte explicuisse. Sensus est, ni fallor: scripsi epistolam ad Abū-Becr*um*, quam Hilāl*o* tradidi ut illam ad Abū-Becr*um* perferret.

—, vs. 6. Dixi hìc, me nescire quo casu Ibn-Bassām ex patriâ suâ pulsus et possessionibus suis privatus sit. Et reverâ illud, quum haec scribebam, scire non poteram, nam in verbis quae edidi p. 195, vs. 2: هذا ابن بسّام كما اخرجته من بلاده excidit reverâ substantivum post اخرجته, ut suspicatus eram in ann. 12. Patet hoc ex Cod. B., in quo legitur: اخرجتْه الروم. A Christianis igitur Ibn-Bassām ex patriâ pulsus et possessionibus privatus est, et ex Praefatione, quam infra editurus sum, patet insuper, hìc oppidum Santarem, a Christianis captum, spectari. Accidit hoc anno Arabum 486, p. Chr. 1093, nam *Chronicon Lusitanum* (in *España sagrada* XIV. p. 419) haec habet: «Era 1131 [i. e. anno p. Chr. 1093]. Secundo Calendas Maii Sabbatho horâ nonâ, Rex «Donnus Aldefonsus cepit civitatem Santarem.» Eadem exstant in *Chronico Complutense* (*Esp. sagr.* XXIII. p. 317), ubi recte Florez: «Consentiunt numeri: fuit quippe «litera Dom. B.» — Paginâ igitur libri mei 193, vs. 19, dixissem, dummodo id tunc temporis scivissem, Ibn-Bassām*um* anno 486, capto a Christianis oppido Santarem in quo habitabat, possessionibus suis privatum fuisse. Etiam in Praefatione hac de re queritur, ibique narrat Hispalin se contulisse.

—, vs. 9 — p. 197, vs. 1. Codex B. hunc locum sic habet: ولمّا ابتدأتُ فى تصنيف هذا التاليف،، واذا يومئذ بقرطبة سنة ٩٣ ونظرتُ فى مبيّضات كانت عندى لاهل هذا الاقليم، لم أَجِدْ لابى حاتم فيها شيئًا من منثور ولا منظوم،، فاستهديتُهُ قِطَعًا من اشعاره، وما عسى ان يتشبّث [a] بها من مُلَحِ اخباره،، وتكرّر عليه رسولى فى ذلك [b]، فمطلنى فى

a) In Codice male scriptum est يتشنث. Vera lectio dubia esse non potest, nam يتشبّث idem est

ذلك ،، فكتبتُ اليه رقعةً اقول فى فصل منها وقد تَوَاتَرَ [a] عليك الخبر انّى جمعتُ من
الرسائل الاندلسيّه ، والاشعار العصريّه ،، جملةً موفوره ، لطوائف كثيره ،، مِمَّنْ تَحَقَّقَ عندى
أَنَّ حليتَه الّتى تحلّى بها مِنْ صَوْغِ طبعه وجِلله [b] الّتى نشرها مِنْ نَسْجِ فكرِه واضربت عَمَّنْ
ارتبت ابْداعَه للشّعْر، اكثرَ من عدد الشَّعْر [c] ،، ولما كُنْتَ ابا حاتم خاتمة ائمّة هذا
الشان ، احببْتُ ان اجعل كذامك [d] واسطة هذا الديوان ،، الّا انّى رايتُ لك من الامتناع ،
بتلك الرقاع ،، ما حدسْتُ انّك قُلْتَ هذا ابن بسّام كما اخرجَتْه الرومُ من [e] بلاده ، وصَفَّرَتْ
يَدَه من طارفه وتلاده ،، وقَدِمَ قرطبةَ على قَدَمِ الضروره ، بتلك الصوره ،، رُبّما يشحذ المديه ،
فى ابواب الكديه [f] ،، فاتّخذ تقييد هذه الشذور القلائد ، سببا ان يسبى عذارى القصائد ،،
فى حجر اربابها ، ويسلبها عن اصحابها ،، ولقد أَبْعَدتَ مَرْماك ، إِنْ كُنْتَ ظنَنْتَ بى ذاك ،،
وكَلّا ابا حاتم ، انّك تَعَيْنُ الظالم ،، وقد شهد الاشهاد ، بتلك البلاد ،، انّ لى بديهة قويّه ،
تُرْبى على الرويّه ،، الّا انّى ابا حاتم لا أُجْرِى فى ميدانك ، ولا أُعَدُّ مِنْ أَقْرانِك ،، فسقى
اللّه بلادًا أَنْجَبَتْك وإِنْ كانت حجاريّه ، فمَعانيك عراقيّه ، والفاظُك حجازيّه ،، فلمّا وردتْ
الرقعةُ زَمَّ عن الجواب قامَه ، وكلّف الايجاب قَدَمَه ،، وورد من حينه علىَّ ، ونشر مبيّضاته
بين يدىَّ ،،

Vides in hoc textu tres phrases omissas esse (libri mei p. 195, vs. 6, p. 196, vs. 1 sq.

---

atque يتعلّق quod in A. exstat. b) Pro فى ذلك melius in A. est هنالك, nam ingrata est repetitio verborum فى ذلك.

a) In Codice male تواتر. Est levis error, et certum est, hìc *sing.* legendum esse, sive legamus تواتر عليك الخبر cum B., sive تواتر عليك النَّبَأُ (sic enim pronuntiandum est) cum A. b) Sic haec vox, additâ vocali, in Cod. scripta est. Videtur tamen mendum, et cum A. legendum puto وحُلَله. c) De hoc loco consului Cl. Fleischer, qui hanc interpretationem mihi dedit: «und ich machte mir «nichts zu schaffen mit Dichtern hinsichtlich deren ich ungewiss war, ob sie ihre Verse, zahlreicher «als die Haare auf ihrem Kopfe, in *origineller* Weise hervorgebracht (oder bloss entlehnt oder nach- «geahmt) hätten.» Die Construction von ارتاب *bezweifeln* mit dem Accusativ ist neu, wie so manche andere bei den Magrebinern. d) Talis vox non exstat; legendum est كلامك cum A. e) Haec particula, quae prorsus necessaria est, male in B. omittitur. f) Iis quae de hac locutione in ann. 13 dixi, addi potest ex 'az-Zamaćšarīī *Ásāso 'l-balāga*: المجزار يشحذ مدينه ، ومن المجاز تقول فلان يشحذ للبغى المُدَى ، ويبلغ فى الغىّ المَدَى ،، ✿

et 4 sq.), quae magnam mihi pepererunt difficultatem, quia in A. aut non amplius legi possunt, aut corruptae sunt. In p. 195, vs. 6, nunc legendum esse arbitror: حتّى اذا قيّد لفظها ومعناها، وأُحْكِمَتْ عنده آياها„. آياة est plur. ab آيَة, et conferenda est phrasis in Lexico enotata: الايات المحكمات *versūs minime ambigui et unius significationis.* Caeterum nunc etiam puto, loci sententiam esse eam quam indicavi in ann. 16.

Quod ad reliqua attinet, Codex B., paucis erroribus exceptis quos iam in annotatione indicavi, longe meliores offert lectiones; non paucas ex meis coniecturis confirmat et multa dubia tollit, quo fit ut nunc deleri possint ann. 8 et 21; in postremo loco (p. 196, vs. 3) Codex B., ut vidisti, haud minus quam duodecim voces offert, quas librarius Codicis A. prorsus omisit, quum tamen omnino necessariae sint; mirum itaque non est, me illum locum non intellexisse.

Pag. 197, vs. 9. Pro من افقه B. habet فى اقطاره, et pro الدولة offert المدّة.

—, vs. 10. Pro الكتاب B. habet المجموع.

—, vs. 11. Pro بذلك B. offert بنا.

—, vs. 6 a f. Pro لم اقع B. male habet لم اقعد.

—, vs. 5 a f. B. reverâ habet فكاتبه, ut legendum esse conieceram.

Pag. 198, vs. 7—14. Haec, utpote ex malâ versione, quam infra corrigam, desumta, delenda sunt.

—, ann. 27. Vide alia exempla huius locutionis in Glossariis meis ad 'Ibn-Badrūn*um* et ad 'Ibn-Ädārī*um*, in v. نقم.

Pag. 200, ann. 34. Cum his cf. Vol. I. p. 429 et Vol. II. p. 258.

Quandoquidem nunc primo *'ad-Dak̄īra̱e* volumine uti possum, operis praefationem cum capitum indice quem continet illa, editurus sum additâ versione. Est quidem illa satis difficilis, nam scatet locis Qor'ān*icis*, proverbiis, dictis e sacrâ Traditione, versibus ex antiquis poëtis desumtis, et, quod peius est, ad eam edendam unum tantum habui eumque mendosum Codicem; sed quum multa notabilia contineat, nolui câ nostrarum literarum cultores privare, praesertim quum pauca ea quae nimis corrupta sunt quam ut intelligantur, sint verba et voces praetereaque nihil. Initium praefationis, quod in Codice desideratur, descripsit 'al-Maqqarī (vide I. p. ٨٠٠ sq.), quo factum est ut eam totam edere possim. Indicem iam edidit Nobil. de Slane in *Journ. asiat.* (février-mars 1861, V[e] série, t. XVII. p. 262 sq.), sed ita ut accuratior editio non supervacanea videatur. Singulorum virorum nominibus addidi numeros foliorum a quibus capita, quae de iis agunt, in Codice Cl.[i] Mohl, Cod. Oxoniensi et Cod. Gothano incipiunt, et operam dedi ut nomina accurate scriberem, additis, ubi opus erat vel fieri poterat, vocalibus; quod saepe non sine

magno labore praestare potui, quem tamen mihi interdum levavit usus Codicis nostri 639 (*Acbāro 'l-molūc*, auctore 'al-melico 'l-mançūr), cuius auctoritas non spernenda est, quippe qui ex auctoris autographo est descriptus, eodem anno (602) quo opus compositum est.

امّا بعد حمد اللّه ولىّ الحمد واهله ، والصلاة على سيّدنا محمّد خاتم رسله ،، فانّ ثمرة هذا الادب ، العالى الرتب [a] ،، رسالة تنثر وترسّل ، وابيات تنظم وتفصّل [b] ،، تنثال تلك انثيال القطار ، على صفحات الازهار ،، وتتّصل هذه اتّصال القلائد ، على نحور الخرائد ،، وما زال فى افقنا هذا الاندلسىّ القصىّ الى وقتنا هذا مِنْ فرسان الفنّيْن ، وائمّة النوعيْن ،، قومٌ هم ما هم طيبَ [c] مَكاسرِ ، وصفاء جواهر ، وعذوبة مَوارد ومَصادر ،، لعبوا بأطْراف الكلام المشقّق ، لعبَ الدجىّ بجفون المُؤرّق ، وجدّوا بفنون السحر المنمّق ، جدّ الاعشى ببنات المحلّق ،، فصبّوا على قوالب النجوم ، غرائب المنثور والمنظوم ،، وباهوا غرر الضحى والاصائل ، بعجائب الاشعار والرسائل ،، نثر لو رآه البديع لنسى اسمَه ، او اجتلاه ابن هلال لولّاه حُكْمَه ،، ونظم لو سمعه كُثيّر ما نسب ولا مدح ، وتتبّعه جَرْوَل ما عوى ولا نبح ،، الّا انّ اهل هذا الافق ، ابوا الّا متابعة اهل الشرق ،، يرجعون الى اخبارهم المعاده ، رجوع الحديث الى قتاده ،، حتّى لو نعق بتلك الافاق غراب ، او طنّ باقصى الشام والعراق ذباب ،، لَجَثَوْا [d] على هذا صَنَما ، وتلوا ذلك كتابا محكما ،، واخبارهم الباهره ، واشعارهم السائره ،، مرمى القصيّه ، ومناخ الرذيّه [e] ،، لا يعمر بها جنان ولا خَلَد ، ولا يصرف فيها لسان ولا يد ،، فغاظنى منهم ذلك ، وانفتُ ممّا هنالك ،، واخذت نفسى بجمع ما وجدت من حسنات دهرى ، وتتبّع محاسن اهل بلدى وعصرى ،، غيرةً لهذا الافق الغريب ان تعود بدوره اهلّه ، وتصبح بحوره ثمادا

---

a) Sic recte legitur in Codice Leidensi 'al-Maqqarī*i*. Cl. Krehl dedit الرتبة, sed videtur typothetae error, nam post الادب signum ، etiam in Krehl*ii* editione exstat. *b*) Sic legere iubet Cl. Fleischer ('al-Maqqarī I. p. CXXXVII); in Codd. est وتفصل. *c*) Sequor hìc Cod. Leid. et Krehl*ii* textum. Hic vero in Addendis legere vult من طيب; an ex Codicibus nescio. *d*) Ex emendatione Fleischer*i*; v. 'al-Maqqarī I. p. CXXXVII. Hoc verbum librariis non valde cognitum videtur, nam etiam in versu Abū-Tammām*i*:

(البسيط) كانت لنا صنمًا نَجْثُو عليه ولم   نسجد كما سجد الافشين للصنم

uterque Codex noster pro نجثو (sic enim sine dubio legendum est) habet نحنو. *e*) In Codd. et in Krehl*ii* editione male est الرديه.

مضمحلّه،، مع كثرة ادبائه، ووفور علمائه،، وقديما ضيّعوا العِلْم واهله، ويا رُبَّ مُحْسِنٍ مات احْسانُه قبله،، وليت شعرى من قصر العلم على بعض الزمان، وخصّ اهل المشرق بالاحسانِ، وقد كتبت لارباب هذا الشان، من اهل الوقت والزمان،، محاسن تبهر [a] الالباب، وتسحر الشعراءَ والكُتّاب،، ولم اعرض لشىءٍ [b] من اشعار الدولة المروانيّه، ولا المدائح العامريّه،، اذ [c] كان ابن فرج الجيّانى قد راى *رأيى فى النصفه [d]، وذهب مذهبى من الانفه،، فاملى فى محاسن اهل زمانه كتاب الحدائق معارضا لكتاب الزهرة [e] للاصبهانىّ فاضربتُ [f] انا عمّا ألَّف، ولم اعرض لشىءٍ ممّا صنّف،، ولا تعدّيْتُ اهل عصرى، ممّن [g] شاهدتُّه بعمرى، او لحقه بعض [h] اهل دهرى،، اذ كلّ مردّد ثقيل، وكل متكرّر مملول،، وقد مَجّت [i] الاسماع،

(البسيط) يا دارَ مَيّةَ بالعلياءِ فالسَّنَدِ [k]

وملّت [l] الطباع،،

(الطويل) لِخَوْلةَ اطلالٌ بِبُرْقةِ ثَهْمَدِ [m]

وَمَحتْ قِفَا نَبْكِ من يد المتعلّمين، ورجعتْ على ابن حُجْر بلائمة المتكلّفين،، فامّا أَمِنْ [n] أُمِّ أَوْفَى [o] فعلى آثارِ مَنْ ذهب العفا،، امّا ان يصمّ صداها، *او يسْأَمَ [p] مداها،، وكم مِن نُكْتَةٍ [q] اغفلَتْها الخطباء، ورُبَّ مُتَرَدَّمٍ غادرَتْه الشعراء،، والاحْسان غير محصور، وليس الفضل على مَنْ بمقبور [r]،، وعزيز على الفضل ان يُنْقَر، تقدّم به الزمان او تأخّر [s]،، ولَحَى اللّهُ قولَهم الفضل للمتقدّم فكَمْ دُفِن من احْسانٍ، واُخْمِلَ [t] مِنْ فُلَانٍ،، ولو اقتصر المتأخّرون، على كُتُب المتقدّمين،، لضاعَ علم كثيرٌ، وذهب ادب غزير،، وقد اودعتُ هذا الديوان الّذى سمّيتُه الذخيره، فى محاسن هذه الجزيره،، من عجائب علمهم، وغرائب

---

a) Codex Cl.i Mohl incipit a verbis الالباب، وتسحر. b) Codex Ibn-Bassāmi male بشىءٍ. c) Idem male اذا. d) Idem male رايه, omissis فى النصفة. e) Perperam in al-Maqqarīi Codicibus et in Krehlii editione exstat الدهر; vide libri mei Vol. I. p. 199. f) Codex Ibn-Bassāmi male وضربت. g) In al-Maqqarīi Codd. et in Krehlii editione male est ممّا. h) Al-Maqqarī omittit بعض. i) Codex Ibn-Bassāmi ماجرت. k) Hucusque al-Maqqarī. l) Cod. وملة. m) Cod. male تهمر. n) Cod. male ابن. o) Cod. male اوفعى. p) In Cod. ويسام. q) Cod. نكثة. r) Sic legendum opinor pro بمقصور, quod in Cod. est. s) Cod. يتاخر. t) Cod. واحمل.

نثرهم ونظمهم،، ما هو أَحْلَى من مُناجاة الاحبّه، بين التمنّع من الرقبه،، واشهى من مُعاطاة العقار، على نغمات المثالبث والازيار،، لانّ اهل هذه الجزيرة مذ كانوا رؤساء خطابه، ورءوس شعر[a] وكتابه،، تدفّقوا فأنسوا البحور، وأشرقوا فباروا الشموسَ والبدور،، وذهب كلامُهم بين رقّة الهواء، وجزالة الصخرة الصمّاء،، كما قال صاحبهم عبد الجليل بن وهبون يصف شعره

(الطويل) رقيقٌ كما غنّتْ حمامةُ ايكةٍ   وجزلٌ كما شقّ الهواءَ عقابُ

على كونهم بهذه الاقاليم، ومُصاقبتهم لطوائف الروم،، وعلى انّ بلدهم اخر الفتوح الاسلاميّه، واقْصَى خُطَى المآثر العربيّه،، ليس وراءهم وامامهم الّا البحر المحيط، والروم والقوط،، *مَحْصناته من حلاله هذه ثبير[b]، وتمدُّه بحرٌ مسجور،، وقد حكى[c] ابو علىّ البغدادىّ الوافد على الاندلس فى زمن بنى مروان قال لمّا وصلتُ القيروان وانا اعتبر مَنْ *يمرّ بى[d] من اهل الامصار فأجدهم درجات فى الغباوة[e] وقلّة الفهم بحسب تفاوُتهم فى مواضعهم منها بالقرب والبعد حتّى[f] كأنّ منازلهم من الطريق هى منازلهم من العلم محاصّةً[g] ومقايسةً (قال ابو علىّ) فقلتُ انْ نقص اهلُ الاندلس عن مقاديرِ مَنْ رايتُ فى أفهامهم بقدرِ نقصانِ هولاء عمّنْ قبْلَهم فسأحْتاجُ الى ترجمان، بهذه[h] الاوطان،، قال ابن بسّام فبلغنى انّه كان يَصِلُ كلامَه هذا بالتعجُّب من اهل هذا الافق[i] فى ذكائهم ويتغطّى عنهم عند المباحثة والمفاتشة ويقول لهم انّ علمى علم روايه، وليس بعلم درايه،، فخذوا عنّى ما نقلتُ، فلم آلُ[k] ان صَحّحْتُ،، هذا مع اقرار الجميع له يومئذ بسعة العلم وكثرة الروايات، والاخذ عن الثقات[l]،، ولولا انّ كلّ معنى معترض، يُزيح[m] سهمى عن ثُغْرَة[n] الغَرَض،، المقصود فى هذا الكتاب لذكرتُ[o] بعض ما وقع لاهل الاندلس من عجب، وسُمع لهم من نادر مستغرب،، وسيمرُّ منه فى تضاعيف، هذا التصنيف،، ما فيه كفايه، ويربى ان شاء اللّه على الغايه،، ولعلّ بعض من يتصفّحه[p] سيقول انّى اغفلتُ كثيرا، وذكرت

---

a) Cod. شعرهِ. b) Haec verba corrupta sunt. Codex habet محصنات vel تحصنات. c) Hunc locum citat ·al-Maqqarī II. p. ١٠٧. d) ·Al-Maqqarī امرّ به. e) Idem male العبارات. f) Idem omittit حتى. g) Ex ·al-Maqqarīo. Codex ·Ibn-Bassāmi بمحاصات. h) ·Al-Maqqarī فى هذه. i) Idem addit الاندلسى. k) Idem addit لكم. l) Hucusque ·al-Maqqarī. m) Cod. بريح. n) Cod. ثغرة; cf. ·al-Ḥarīrī p. ٣٥٤, vs. 8 ed. primae. o) Hoc vel simile verbum hìc inserendum esse arbitror; in Cod. desideratur. p) Codex male يتصحفه.

خاملا وتركت مشهورا ،، وعلى رِسْلِهِ فانّما جمعتُه بين صعب قد ذل ، وغرب قد فل ، ونشاط قد قل ، وشباب ودّع فاستقل ،، من تفاريق كالقرون الخاليه ، وتعاليق كالاطلال الباليه ،، بخطّ جُهّالٍ كخطوط الراح ، او مَدارج النمل بين مَهابّ الرياح ،، ضَبْطُهم تصحيف ، ووفقهم تبديل وتحريف ،، أيأسُ الناس منها طالبها ، واشدُّ استرابةً بها كاتبها ،، ففتحت انا اقفالها ، وفضضت قيودها واغلالها ،، فاضحت غايات تبيين وبيان ، ووضحت آيات حسن واحسان ، على انّ عامّة من ذكرته فى هذا الديوان ،، لم اجد له اخبارا موضوعه ، ولا اشعارا مجموعه ،، تَفْسَح لى فى طريق الاختبار منها انّما انتقدتُّ ، ما وجدتُّ ،، وخالست فى ذلك الخمول ، ومارست هنالك البحثَ الطويل ، والزمانَ المستحيل ،، حتّى ضمّنت [a] كتابى هذا من اخبار اهل هذا الافق ، ما لَعَلّى سأُرْبِى به على اهل المشرق ،، وما قصدت به علم الله الطعن على ما فاضل ، ولا التعصُّب لقائل على قائل ،، لانّ من طلب عيبا وجده * وكل يعمل اقتداره ، ويحمد اخباره ،، وما اهمل اغفل ، اكثر ما كُتب وحُصل [b] ،، والافكار قُرُوٌّ [c] لا تنْضب ، ونجوم لا تغرب ،، ومن يجعل * همّته فى تمييز [d] القرائح ، تتقاذف [e] به الجوانح ،، وقال ابو تمّام

(الطويل) ولو كان يفنى الشعر افناه ما قَرَتْ　　حِياضُك منه فى العصور الذواهب
ولاكنّه صوب العقول اذا انجلت　　سحائب منه أُعْقِبَتْ بسحائب [f]

وهذا الديوان انّما هو لسان منظوم ومنثور ، لا ميدان بيان وتفسير ،، اورد الاخبار والاشعار [g] لا افكّ معمّاها ، فى شىء من لفظها ولا معناها ،، لاكن ربّما المّ ببعض القول بين ذكر اجريهٍ ، ووجه عَذْراءَ [h] اوريه ،، لا سيّما انواع البديع ذى المحاسن [i] * الّذى هو [k] قيّم الاشعار وقوامها ، وبه يعرف تفاضلها وتباينها [l] ،، فلا بُدّ ان نشير اليه ، وننبّه عليه ،، ونَكِلُ الامرَ فى كلّ ما نثبته ونردُّ الحكمَ فى كلّ ما نورده الى نَقْدِ النَّقَدَةِ المَهَرَه ، وتمييزِ [m] الكَتَبَةِ

---

a) Cod. طمنت.　　b) Has quatuor sententias, quae sine dubio corruptae sunt, in versione omittere debui. Vocales quas addidi, in ipso Codice exstant.　　c) Cod. قرن.　　d) Sic ex coniecturâ scripsi; Cod. pro his tribus verbis habet تميزه.　　e) Cod. ante hoc verbum habet copulam.　　f) Hos versûs emendavi ex Dīwāno Abū-Tammāmi, Codd. 899 et 403 (Cod. 899 pro انجلت habet انثنت). In Codice Ibn-Bassāmi vox حياضك omissa est; pro اذا habet اذ, et omittit ب in بسحائب.
g) Cod. الاشعار والاخبار والاشعار (sic).　　h) Cod. عذر.　　i) Cod. المحاسين.　　k) Cod. الذين هم; sed ex seqq. patet, hîc البديع, non plur. الانواع, spectari.　　l) Cod. وتبايها.　　m) Cod. وتميز.

الشَّعَرَه،، الّذين هم رؤساء الكلام، وصيارفة النثار والنظام،، فامّا مَنْ رِينَ على قلبه، وطُبِع على لبّه،، فقد وضعتُ عنّا وعنه، كلفة الاعتذار منه،، وقد كان فى وقتى من فرسان هذا الشان، مَنْ كان أَجْدَرَ ان يجرى بهذا الميدان، ويعرب عمّا اعربت فيه عن القوم بافصح لسان،، يثير به المعانى من مرابضها، وأشدّ عارضةً يظهر بها الاعراضَ المقصودةَ فى اجمل مَعارضها،، لاكنّى بما اقدمتُ عليه، وتصدّيت اليه،، كالنسيم دلّ على الصبح، والسهم ناب عن الريح [a]،، ولا اقول انّى اغربت [b]، ولاكن ربّما بيّنت واعربت،، ولا ادّعى انّى اخترعت، ولاكنّى لَعَلّى قد احسنت حيث اتّبعت، وأتقنت ما جمعت،، وتألّفت بين [c] الشارد، واغنيت عن الغائب بالشاهد،، وتقلقلت [d] بين النظم والنثر، تقلقل المُلْد اثناء النَّور والزهر،، وانتقلت [e] من الجدّ الى الهزل، انتقالَ الصحيان من الشمس الى الظلّ، واستراحةَ الهَبِر [f] من الحزن الى السهل،، وتخلّلت ما ضمنته من الرسائل والاشعار، بما اتّصلت به او قُبِلت فيه من الوقائع والاخبار،، واعتمدت المائة الخامسة من الهجرة فشرحت بعض محنها [g]، وجلوت وجوه فِتَنها، ولخّصت القول بين قبيحها وحسنها،، واحصيت علل استيلاء طوائف الروم على هذا الاقليم والمعت بالاسباب الّتى دعت ملوكه [h] الى خلعهم، واجتثاث اصلهم وفرعهم،، وعبرت عن اكثر ذلك بلفظ يتتبّع الهمّ بين الجوانح، ويحلّ الْعُصْم سهلَ الاباطح،، وعوّلت فى ذلك على تاريخ ابى مروان بن حيّان فاوردت فصوله، او نقلت جُمَلَه وتفاصيله،، فاذا أَعْوَزَنى [i] كلامُه، وعزّ بى سردُه ونظامُه،، عكفت على طلل البائد [k]، وضربت فى حديدى البارد،، على حفظ قد تشعّب، وحظّ من الدنيا قد ذهب،، ومع انّ الشعر لم أرْضَه مركبا، ولا اتّخذته مكسبا، ولا آلَفْته مثوى ولا منقلبا،، انّما زرته لماما، ولمحته تهمّما لا اهتماما،، رغبةً تَعَرّى نفسى عن ذلّه، وترفيعا موطىً أَخْمصى [l] عن محلّه،، فاذا شعشعت راحه، ودارت اقداحه،، لم ادنه الّا شَمَما، ولا كنت الّا على الحديث قديما،، وما لى وله وانّما اكثره خدعة محتال، . . . . . [m] مختال،، جدّه تمويه وتخييل، وهزله تَدْلِية [n] وتضليل،، وحقائق المعلوم، أَوْلى بنا من اباطيل المنثور والمنظوم،،

---

a) Cod. الربح. b) Cod. اعربت. c) Cod. عين. d) Cod. وتغلقت, et post hoc verbum est parva lacuna; sed nihil deësse videtur. e) Cod. وتقلقلة (sic). f) Indistincte haec vox scripta est. g) Cod. منحيها. h) Cod. ملوكها; sed spectat ad الاقليم. i) Cod. اعورت. k) Cod. الحائد. l) Cod. اخمص. m) Lacuna in Codice. n) Cod. تدلية.

وعلى ذلك فقد وعدت ان المع فى هذا المجموع، بلُمَعٍ من ذكرِ البديع،، وان امهّد جانبا من اسبابه، والقابه،، واذا ظفرت بمعنى حسن، او وقفت على لفظ مستحسن،، ذكرت من سبق اليه، واشرت الى من نقص عنه او زاد عليه،، ولست اقول اخذ هذا من هذا قولا مطلقا فقد تتوارد الخواطر، ويقع الحافر حيث الحافر،، اذ الشعر ميدان، والشعراء فرسان،، وعلم الله تعلى انّ هذا الكتاب لم يصدر الّا عن صدر مكلوم الأَحْنا [a]، وفكرِ خامد الذكا، بين دهر يتلوّن تلوُّن الحربا،، لانتباذى [b] كان من شنترين قاصية الغرب [c]، * مفلول الغرب [d]، مروّع . . . . . . [e]،، بعد ان استنفد [f] الطريف والتلاد، واتى على الظاهر والباطن النفاد،، بتواتُر [g] طوائف الروم؛ علينا فى قعر ذلك الاقليم،، وقد كُنّا غنينا [h] هنالك بكرم الانساب، عن سوء الاكتساب،، واجتزأْنا [i] بمذموم العباد [k]، عن التقلُّب فى البلاد،، الى ان نثر علينا الروم ذلك النظام، ولو تُرِك القطا [l] ليلا لنام،، وحين اشتدّ الهول هنالك، اقتحمت بِمَنْ معى المسالك،، على مَهَامهَ [m] تكذّب فيها العينَ الاذن، ويستشعر فيها المحن،،

(الطويل) مَهامِه لم تَصْحَبْ بها الذِّئبَ نَفْسُه   ولا حَمَلَتْ فيها الغرابَ قَوادِمُهْ [n]

حتّى خُلِّصت خلوص الزِّبْرِقان من سراره، وفُوِّزت فوز القدح عند قماره،، فوصلت حمص بنفس قد تقطّعت شعاعا، وذهب اكثرها التياعا [o]،،

(البسيط) ولَيْتنى عِشْتُ منها بالّذى فَضَلا [p]

---

a) Cod. الاختا. b) Cod. لانتمادى, sed litera illa quam sine puncto scripsi, indistincta est, ita ut etiam esse possit parva ه vel ة (ة aut ة̈). Credo tamen me recte legisse; cf. locus ʿIbn-Ḫaijānis quem infra editurus sum; *Noct. Arab.* I. p. ١٣ ed. Macnaghten: انتبذ منه *se removit ab eo;* ʿIbn-Bassām Vol. II. fol. 98 v.: بعد انتباذه من منازلة شلب; ʿan-Nowairī *Hist. Hisp.* (MS. 2 *h.* p. 437): انتبذ عن الناس; ʿIbn-Baṭūṭa MS. fol. 4 v.: رايتك منتبذا عن الناس لا يسلّم عليك احد.
c) Cod. العرب. d) Cod. معلول العرب. e) Quid legendum sit nescio, sed homoeoteleuton indicat, ultimam literam esse ب. Cod. الصّرب vel الصّوب. f) Cod. استنفذ. g) Cod. بتواثر. h) Cod. عنينا. i) Cod. واجترانا. k) Cod. العناد. l) Cod. الغطا. m) Cod. مهامها. n) Codex, in quo non indicatur haec verba esse versum, pro مهامه habet على مهامها. o) Sic scripsi pro Codicis انتساعا, quod sensu caret, collato simili loco apud ʿIbn-Ǵobair p. ٢٠٥ ed. Wright: فيا له وداعا عجبا ذهلت له النفوس ارتياعا، حتّى طارت شعاعا، واستشْرت به النفوس التياعا، حتّى ذابت انصداعا،، p) In Codice non indicatur, haec verba esse hemistichium, et pro منها ibi legitur فيها. Vide ad versionem huius loci.

ثقبرت بها *سوا تبوا منها ظل الغمامه، واعى بالتحول منا عى الحمامه [a]،، ولا انس الّا بالانفراد، ولا تبلّغ [b] الّا ببقيّة الزاد،، والادب بها اقلّ من الوفا، وحامله أَضْيَعُ من قمر الشتا،، وقيمةُ كلّ احد مالُه، واسْوةُ كلّ بلد جُهّاله،، حسْب المرء أَنْ يسلم وفْره، وانْ تتلّم [c] قدْره،، وأَنْ تكثر فضّتُه وذهبُه، وإنْ قَلَّ [d] دينه وحسبه،، وهذا الديوان نيّةٌ لم يفصح عنها قول ولا عمل، وامنيّةٌ لم يكن منها قولٌ ولا حول،، كامنٌ بين العِيَان والخَبَرِ [e]، كمونَ النارِ فى الحجر،، وجارٍ بين اللسان والقلب، جرى الماء فى الغصن الرطب،، الى ان طلع على ارضها شهابُ سعدِها وتمكينِها، وهبَّ لها ريح دنياها ودينها، ونفح فيها روح تامبلها وتامبنها،، مَلِكُ املاكها، ومُديل حكاكها [f]، واسمى [g] نجوم افلاكها،، . . . . . [h] ثمَال [i] المظلوم، وقال [k] السائل المحروم،، مُحْيِى العلم ومَرْبَع ذويه وحامليه، ومستدعى التأليفات [l] الرائقة فيه،، جعل اللّه الدهرَ أَقْصَى ايّامه، والنجومَ مَراكزَ اعلامه، والارضَ نهبةَ سيوفه واقلامه،، فحامت عليه اطيارها، وأَهَلَّ اليه حُجّاجُها وزُوّارُها، وانتشر فى يده شموسها واقمارها،، وهى مِنْ كُلِّ *أَشْعَثَ ذِى [m] طِمْرَيْن، ومَشْنُوءِ [n] الاثر والعَيْن،، محرومٍ محسود، مُحَلَّا عن طريق الماء مَرْدُود [o]،، قد جعلوا بيوتهم قبورا، واتّخذوا بنات افكارهم ولْدانًا وحورا،، وركبوا الحدثان صعبا وذلولا، *وعامروا السمرمار ليبلنه [p] صبرا جميلا، فمنهم من قَضَى نَحْبَه ومنهم من يَنْتَظِر وما بدّلوا تبديلا،، فما هو الّا ان سطع [q] لهم هذا الشهاب، وفُتِح بينهم وبين روح اللّه ذلك الباب،، نفروا خفافا وثقالا، وابتدروا بطاء وعجالا،، *ينظرون لم ترو من ماء وجه كريم، ويصبحون باذان لم ياسر ينعمه صديق حميم [r]،، قد كانوا يَئِسوا من هذا النشور، كما يَئِسَ الكُفّار من اصحاب القبور،، فسأَلْتُهم [s] اىّ جانب يمّموا،

---

a) Hanc sententiam, quae sine dubio corrupta est, in versione omittere debui. b) Cod. نبلغ. c) Cod. يثلم. d) Cod. pro his 2 vocibus واقل. e) Cod. والخير. f) Haec vox corrupta videtur. g) Cod. واسمر. h) Lacuna in Codice. i) Cod. تمال. k) Haec vox corrupta videtur. l) Cod. التالفات. m) Cod. اشعث دى; cf. ad versionem huius loci. n) Cod. من مشنوء. o) Cod. مورود. Emendatio mea certissima est, nam imitatur hic 'Ibn-Bassām versum poëtae quem habet 'al-Ǧauharī sub حلأ:

(البسيط) مُحَلَّاٍ عَنْ سَبِيلِ الماء مَطْرُودِ ۞

p) Iterum valde corrupta sunt haec. Ultima vox fortasse est لَيَلْتَذّ. q) Cod. اسطع, sed in Lexico certe 4ª forma enotata non est. r) Haec corrupta sunt. Verba صديق حميم sunt ex 'al-Qor'āno 26, vs. 101. s) Cod. فسألهم.

وباىّ جناب خيّموا، والى اىّ ملك لباب أَنْجَدوا وأَتْهَموا،، ويا رحمتنا لبحور أَدَب، وصدور ريب،، كان نَظَمَنى [a] وايّاهم ودٌّ قديم، ولَفَّ هواى بهواهم عهدٌ كريم، لا منسى ولا مَذموم،، قد طال ما عاطيتُهم اكواسَ الخمول، على البكاء والعويل،، فى ايّامٍ أَوْحَش [b] من توديع الشباب، وليَالٍ [c] أَنْكَدَ من مُناقشة الحساب،، أَلّا يكونوا قد اخذوا على القضاء عهدا مَسْئُولا، ومُتّعوا بالبقاء ولو قليلا،، حتّى يروا حَظّ الادب قد نفق، وعزّ [d] الاسلام كيف اتّفق، وشَمْلَ الجورِ كيف تصدّع وتفرّق،، ويا حسرتنا أَلّا ينشقّ عن حاتم ضريحُه [e]، ويعاد فى جسمه روحُه،، فيرى ان الكرم بعده عُلِم، وان *علوّ الهمم [f] بغيره بُدِئَ [g] وخُتِم،، ولمّا سمعت صوت المُهيب، وتنسّمت روحَ الفرجِ القريب،، ووجدت لسبيل التاميل مدرجا، وجعل اللّه لى من ربقة الخمول مخرجا،، طالعت حضرتَه المقدّسةَ بهذا الكتاب على حُكْمه، مطرّزا بسيمته واسمه،، مستدلّا عليه بمَجْده، متوسّلا اليه بكرم عهده،، ولعلْمى انّ الادب ضالة [h] اعتياله، ونتيجة خلاله، وانّ اهله على ذِكْرٍ من اجْماله، ومكان مكين من باله،، ولمّا سُئلْت ايضا انتساخ هذا الديوان، ورايت شَرَهَ اهل الزمان،، الى الاقتباس من نوره، بما يلتقطون من شذوره [i]،، احببت ان يجوب الآفاق، وتسير به الرفاق،، وعليه من اسم من له جُمِعَ، والى جوانبه العليّة رُفِع،، طرازٌ به تنفق سوقُه، ولا تضيع ان شاء اللّه حقوقُه،، وقسمته اربعة اقسام الاوّل لحضرة قرطبة وما يصاقبها من بلاد متوسّطة الاندلس ويشتمل على الاخبار واسماء الروسا، واعيان الكُتّاب والشعرا،، على جماعة هم

٦ المستعين باللّه سليمان بن الحكم وحَرْبُه مع المَهْدىّ ابن عمّه ومقتلُه،

٩ والمستظهر باللّه عبد الرحمن بن عبد الجبّار ومقتلُه،

١٢ والاديب ابو عمر القَسْطَلّىّ وامارةُ علىّ بن حَمّود ومقتلُه،

٢٤ وابو حفص بن بُرْد الأَكْبَرُ ومقتلُ عيسى بن سعيد القَطّاعِ وزيرِ ابن ابى عامر،

٣٢ والكاتب ابو المُغيرة بن حَزْم والفقيه ابو محمّد ابن عمّه الشافعىّ وخبرُ الامير مُنْذِر ابن يحيى التُّجيبىّ،

---

a) Cod. نظمى. *b*) Cod. اوحشير. *c*) Cod. ووليل. *d*) Cod. وعد. *e*) Cod. صريحه. *f*) In Cod., ut videtur, عوالهم. *g*) Cod. برى ; cf. initium *al-Jatîmae*: الحمد للّه خيرُ ما بُدِئَ به الكلام وخُتِم. *h*) Haec vox corrupta videtur. *i*) Cod. شروره.

٤٨ والوزير ابو عامر بن شُهَيْد،

والـوزيـر ابـو الـوليد بـن عَبْدُوس، والفقيه ابو العبّاس بن ابى الربيع، والاديب ابو علىّ بن عوض، والكاتب ابو بكر بن زياد، وَقَعَ ذِكْرُ هولاء فى المسوّدة وسقط عند الانتقاء والنقل [a]،

٨٧ والوزير ابو الوليد بن زيدون وامارةُ المُسْتَكْفى وخَبَرُ وَلّادة،

١١٥ والاديب ابو عبد اللّه بن الحَنّاط ونصبُ المُرْتَضى خليفةً بشَرْقِ الاندلس ومقتله،

١٢٤ والاديب ابو بكر عُبَادة بـن مـاء السماء وامـارةُ القاسم بـن حَمّود وتغلُّبُ القاضى ابن عَبّاد عليه،

١٢٩ وابو حَفْص بن بُرْد الأَصْغَر،

١٤٢ وابو مروان الطُّبْنىّ ومقتله واشعار الطُّبْنيّة [b] حفدته،

١٤٥ والاديب محمّد بن مسعود الهُذَلىّ وابن مسعود البَجّانىّ [c]،

١٥٠ والشيخ ابو مروان بن حَيّان وامارةُ بنى جَهْوَر وخلعهم،

[١٦٠ والفقيه القاضى ابو الوليد المعروف بابن الفَرَضىّ،] [d]

١٦١ والكاتب ابو جعفر بن اللمائى [e]،

١٦٣ والكاتب ابو عبد اللّه بن [f] البِزِلْيانى،

١٦٨ والكاتب ابو جعفر بن عَبّاس [g]،

١٧٥ والكاتب ابو حفص بن الشَّهيد،

١٨١ والاديب ابو عبد اللّه بن الحَدّاد وامارةُ بنى صُمَادِح وخلعهم،

١٩٤ والاديب ابن مِلْك القرطبىّ،

---

a) Haec quatuor capita reverâ in Volumine primo non exstant. *b*) Codex الطبانية. *c*) In Indice perperam est البجانى; correxi hoc ex ipso capite, ubi scilicet monet 'Ibn-Bassâm, 'Abû-'Abdo-*l*-lâhum Mohammedem 'ibn-Mas'ûd, qui imprimis facetiis (اهزال) inclaruit, non confundendum esse cum alio eiusdem nominis qui imperante 'al-Mançûro vixit, nempe Mohammede 'ibn-Mas'ûd يُعْرَف بالبَجّانىّ وينتمى فى غسّان. Cf. etiam 'al-Maqqarî II. p. ٣٦٤, qui tamen male scripsit البجالى. *d*) Hoc caput in ipso opere exstat, sed in Indice non commemoratur. *e*) Sic in ipso opere scriptum est; in Indice indistincte, ita ut ibi videatur اللحدى vel simile quid. *f*) بن in ipso opere non legitur. *g*) In Indice male عياش.

١٩٨ والشاعر المنفتل a ومقتلُ *ابنِ نَغْديلة اليهودىّ b ،

٢٠١ والاديب ابن فتوح *صاحب الاسفيريا c ،

[٢٠٦ والاديب ابو بكر بن طهار ،]

[٢٠٦ والاديب الاسعد بن ابراهيم بن اسعد بن بِلّيطَة ،] d

٢٠٩ والاديب ابو عبد الله بن القزّاز e ،

٢١٠ والاديب ابن مُلك الصّغير f من اهل اغرناطة ،

٢١١ وجملةُ قصائد لِغَيْرِ واحد فى تَأْبِينِ g ابنِ سِراج ،

٢١٦ والوزير ابو مروان بن شَمّاخ ،

٢٢٠ والفقيه ابو عمر بن عيسى الالبيرى ،

٢٢٢ والاديب العالم ابو محمّد غانم بمالقة ،

٢٢٧ وابو عبد الله بن السّرّاج بمالقة ،

٢٣٠ وابو القاسم السُّمَيْسِر h ،

٢٣٦ وابو العبّاس احمد بن قاسم المُحْدَث i ،

---

a) In ipso opere الاديب ابو محمد عبد العزيز بن خَبْرة القرطبى المنفتل. b) Codex male الهودى (sic) ابن بعربلة, non vero تعربلى, ut statuit de Slane. Iudaei scribunt נגרילה; vide Munk in *Journ. asiat.* IVe série XVI. p. 203, et cf. meam Introductionem ad 'Ibn-Adārīum p. 80 sq.; vide etiam meas *Recherches* I. p. 292 sqq. ed. alt. et meam *Histoire des musulmans d'Espagne* IV variis locis. c) In Indice est الاسفريانى, sed in ipso opere (ubi tamen cognominis origo vel significatio non explicatur): الاديب ابو المطرّف عبد الرحمن بن فتوح ويُعْرَف بصاحب الاسفيريا. d) Haec duo capita in Indice omissa sunt. De nomine ابن بليطة vide mei libri I. p. 20, ann. 66. Ibi dictis addatur, etiam in Cod. Lipsiensi operis 'al-Matmah distincte scriptum esse ابن بِلّيطَة. e) In Indice male النزار. f) In Indice male الطغيرى. Est autem الصغير *natu minor*, ut distinguatur ab altero 'Ibn-Mālic, nempe Cordobensi. g) In Codice male تامر vel تامير. Sunt elegiae, et in ipso opere titulus hic est: فصل فى ايراد اشعار يُرثَى بها الوزيرُ الفقيهُ ابو مروان بن سراج رحمه بحضرة قرطبة. h) In Indice male est السميسى. i) Ex ipso capite patet, المحدث hîc significare *qui adhuc iuvenis est*, minime vero *le traditioniste*, ut exstat apud de Slane. Pronuntiavi igitur المُحْدَث, nam المُحَدِّث, quod est in Freytagii Lexico, mendum est, ut docuit Cl. Fleischer ad 'al-Maqqarīum.

٢٣٩ وابو طالب عبد الجبّار المعروف بالمتنبّى،

والقسم الثانى لاهل الجانب الغربىّ من الاندلس وذكر اهل حضرة اشبيلية وما اتّصل بها من بلاد ساحل البحر المحيط الرومىّ وفيه من الاخبار واسماء الرؤساء واعيان الكُتّاب جملة موفورة وهى

٣ القاضى ابو القاسم بن عَبّاد،

٥ والمعتضد بالله عَبّادٌ ابنه،

١٠ والمعتمد على الله وكيفيّة خلعه،

٢٢ والوزير الفقيه ابو حَفْص الهَوْزَنىّ،

[٢٥ والقاضى ابو الوليد الباجىّ،] [a]

٢٦ والوزير ابو عامر بن مَسْلَمَة،

٢٨ والوزير ابو الوليد بن المُعَلِّم،

٣١ والاديب ابو الوليد اسماعيل بن حبيب [b]،

٣٤ والاديب ابو جعفر بن الأَبَّار،

٤١ والاديب ابو الحسن علىّ بن حِصْن،

٤٩ والوزير الكاتب ابو عمرو [c] الباجىّ،

٥٣ والفقيه الاديب ابو [d] الحسن بن الاشْتَجىّ،

٥٥ وفصل يشتمل على مقطوعات ابيات لجماعة ادباء بعصر المعتضد،

٥٩ والوزير الفقيه ابو العَلَاء بن زُهْر،

٦٢ والوزير ابو عُبَيْد البَكْرىّ،

والوزير الخطيب الاديب ابو عمر بن حَجّاج، [e]

٦٣ وذو الوزارتين ابو بكر بن سليمن المعروف بابن القَصِيرة وذكرُ تغلُّبِ ابن ذى النون على قرطبة وعودتها الى المعتمد،

---

a) In Indice hoc caput omissum est. b) In ipso capite est: الاديب ابو الوليد اسماعيل بن محمّد الملقّب بحبيب; sed cf. locus al-Ḥomaidīi in mei libri Vol. I. p. 210. c) In Indice est عمر. d) In Indice male بن. e) Hoc caput in Cod. Oxon. non exstat.

٧٦ والوزير الفقيه الكاتب ابو القاسم بن الجَدّ،

٨٦ والوزير الكاتب ابو محمّد بن عبد الغَفور وابوه قَبْلَه [a]،

والوزير الفقيه ابو أَيُّوب بن ابى أُمَيَّة [b]،

٩٧ وذو الوزارتين ابو بكر بن عَمّار ومقتلُه،

١١٤ والوزير الكاتب ابو الوليد حَسّان بن المِصّيصىّ،

١١٨ والوزير الفقيه ابو بكر بن المِلْح،

١٢٤ والاديب ابو محمّد عبد الجَليل المُرْسىّ،

[١٣٧ والوزير الاديب ابو القاسم بن مرزقان،] [c]

١٣٨ والوزير الكاتب ابو بكر بن عبد العزيز،

١٤٣ والوزير الكاتب ابو الحسين [d] بن الجَدّ،

١٤٤ والاديب ابو الحسن البكرىّ [e]،

١٤٧ والكاتب ابو الحسن صالح الشَّنْتَمَرىّ،

١٥١ والوزير ابو الحَكَم بن حَزْم [f]،

١٥٩ والاديب ابو بكر بن بَقِىّ،

١٦٤ والاديب ابو الحسن بن هارون الشَّنْتَمَرىّ،

١٦٥ وكيفيَّةُ امارة بنى [g] الافطس والمتوكّل على اللّه منهم،

١٦٨ والوزير الكاتب ابو عبد اللّه بن أَيْمَنَ والخبرُ عن فتح مدينة سَبْتَة والتعريفُ بأَوَّليَّة اميرها سَقُوت،

١٧٣ والوزير الكاتب ابو محمّد بن عَبْدون،

١٨٧ والاديب ابو جعفر [h] احمد بن هريرة الأَعْمَى التُّطيلىّ،

١٩٦ والوزير الكاتب ابو بكر بن سعيد المعروف بابن القَبْطُورْنُه،

---

a) Pater nimirum est ابو القاسم محمّد بن عبد الغفور. b) Codex Oxon. hoc caput non habet. c) Hoc caput in Indice non commemoratur. d) الحسن in Indice. e) In Indice male النطوى. f) In ipso opere: الوزير ابو الحكم عمرو بن مَذْحِج وابو الوليد ابن عمّه ابنَا حَزْم. g) Cod. male ابن. h) In Indice male additur بن.

٢٠٠ والوزير الكاتب ابو بكر بن قزمان ؛

٢٠٣ والوزير ابو زَيْد بن مَقانا [a] الاشبونيّ ؛

٢٠٦ والشيخ ابو الحسن القُرَشيّ [b] الاشبونيّ ؛

٢٠٧ والاديب ابو عبد الله بن البَيْن [c] ؛

٢٠٨ وذو الوزارتين ابو محمّد بن هود ؛

٢٠٨ والشيخ الاديب ابو عمر بن فَتْح البطليوسيّ ؛

٢٠٩ والاديب *ابو عبد الله [d] بن كوثر الشنتريني ؛

٢٠٩ والاديب ابو الوليد النَّحْليّ ؛

٢١٠ والوزير الكاتب ابو بكر بن سَوَّار [e] الاشبونيّ ؛

٢١٧ والاديب ابو محمّد بن صارّة الشنترينيّ ؛

والقسم الثالث ذكرتُ فيه اهل الجانب الشَّرْقيّ من الاندلس ومَنْ نجم من كواكب العصر في افق ذلك الثغر الأَعْلَى الى منتهى كلمة الاسلام هنالك وفيه من القصص واسماء الرؤساء واعيان الكُتّاب والشعراء طوائف وهم [f]

٢ مُجاهِد ومُبارك ومظفّر من فتيان ابن ابى عامر ؛

٦ والوزير الكاتب ابو عبد الرحمن بن طاهر وتغلُّبُ العدوّ على بلنسية وعودُ المسلمين اليها ؛

[٣٦ وذو الوزارتين ابو عامر بن الفرج ؛]

[٣٦ وذو الوزارتين القائد ابو عيسى بن لبّون ؛] [g]

٢٨ وحُسام الدولة ابو مروان بن رَزين ؛

٣٣ والوزير الكاتب ابو محمّد بن عبد البَرّ ومقتلُ اسماعيل بن المعتضد عبّاد وتغلُّبُ العدوّ *على بَرْبَشْتر [h] وفتحُها بَعْدُ ؛

٦٠ والوزير الكاتب ابو عامر بن التاكُرُنّيّ [i] وامارةُ عبد العزيز بن ابى عامر وابنه ببلنسية ؛

---

a) Male in Indice بمقانا. *b*) In Indice male المرشى. *c*) In Indice male اللبين. *d*) In ipso opere est ابو عمر يوسف. *e*) In ipso opere est سوّان. *f*) In Codice, ubi singulorum virorum nomina non ut in meâ editione a lineâ incipiunt, post وهم est وعدوهم (وعددهم?) et tum parva est lacuna. *g*) Haec duo capita in Indice non commemorantur. *h*) In Indice haec mirum in modum sic corrupta sunt: عن ابن بسبير. *i*) In Indice perperam الساكرى.

٦٧ والوزير الكاتب ابو المُطَرِّف بن الدَّبَّاغ ،

٨٥ والاديب ابو الربيع بن مِهْران السرقسطىّ وذكر ابن الكَتَّانىّ المتطبّب [a] ،

٨٦ والاديب الاستاذ ابن خَلَصَة الضَّرير ،

٨٩ والاديب ابو مروان بن غُصْن الحِجَارىّ ،

٩١ والاديب ابو عبد اللّه ادريس بن اليمانىّ ،

٩٨ الوزير الكاتب ابو الأَصْبَغ بن أَرْقَم ،

والوزير الكاتب ابو المُطَرِّف بن . . . [b] ،

١١٤ والوزير الكاتب ابو عمر بن القلّاس ،

١١٧ والوزير الكاتب ابو عبد اللّه بن مُسْلِم ،

١٢٣ والوزير الكاتب ابو جعفر بن جُرْج ،

١٢٥ والوزير الكاتب ابو الفضل بن حَسْداى ،

١٣٥ والاديب ابو الربيع القُضاعىّ وجملةٌ من اخبار هشام المعتدّ امير قرطبة يومئذ ومقتلُ وزيره الحائك ،

١٤٣ والاديب ابو عامر [c] البَهارىّ ،

١٤٤ والاديب ابو اسحاق ابراهيم بن خَفَاجَة ،

١٧٩ والاديب ابو حاتم الحِجَارىّ ،

١٨٣ والاديب ابو بكر الدانىّ المعروف بابن اللَّبَّانة ،

١٩٥ والاديب ابو جعفر من الدودين البلنسىّ ورسالةُ ابنِ غَرْسِيَّة الشِّعْرِيَّة [d] والردُّ عليه ،

---

a) Cod. المتطيب ; sed ille de quo hîc sermo est, erat *medicus;* cf. ʻal-Maqqarī II. p. ١١٩, vs. 11. *b*) Hoc caput in Codice Gothano non exstat, et nomen proprium in Indice valde indistincte scriptum est. Videtur الشى vel simile quid. *c*) Sic in ipso opere; in Indice est ابو عمر. *d*) Sic legendum esse puto; in Cod. est الشعرسة. In meis excerptis ex Cod. Gothano haec annotavi: ʼAbū-ʻĀmir ʻibn-Garcia, qui Deniae in aulâ Mogēhid*i* vivebat, scripsit ad ʼAbū-Ġaʻfar*um* ʻal-Ġazzār longam epistolam, in quâ eum reprehendebat quia tantum in laudem ʼIbn-Çomādih*i*, non vero in laudem Mogēhid*i* poëmata componebat, et in quâ Arabes vituperabat suosque cives (Hispanos scil.) extollebat verbis, ut ipse putabat, exquisitis, sed reverâ barbaris. وذمّ فيها العرب وفخر بقومه العَجَم ، واراد ان

والكاتب ابو جعفر بن احمد الدانىّ [a]،

٢١١ والوزير الكاتب ابو الخَطّاب بن غيطون [b] الطليطلىّ،

٢١٤ والوزير الكاتب ابو عبد الله بن ابى الخصال،

٢٢١ والاديب ابو بَحْر بن عبد الصَّمَد وذِكْرُ الشيخ الكاتب عبد الصمد السرقسطىّ،

٢٢٤ والاديب ابو تَمّام الملقب بالحَجّام،

٢٢٩ والاديب ابو اسحاق بن مُعَلّى وخبرُ وقعةِ بَطَرْنَة [c]،

والاديب ابو عامر بن الأَصِيلىّ،

والاديب ابو الفضل جعفر بن محمّد بن شرِيف،

وفصل يشتمل على طوائف مُقِلّين من سُكّان ذلك الجانب الشرقىّ،

القسم الرابع افردتُه لِمَنْ طرأَ على هذه الجزيرة فى المدّة المؤرَّخة من اديب شاعر، وتـدلّى [d] الى ظلّها من كاتب ماهر، واتّسع فيها نجاله [e] وحُفِظَتْ فى ملوكها اقوالُه، ووصلتُ بهم ذِكْرَ طائفة من مشهورى تلك الافاق [f]، مِمَّنْ نَجَمَ [g] فى عصرنا [h] بافريقية والشام والعراق، يشتمل منهم على جملة وهم .

ابو العَلاء صاعد وتلخيص التعريف بدولة ابن ابى عامر، من المَبْدَإ الى الاخر،

وابو الفضل البغدادىّ،

وسليمن بن محمّد الصِّقلىّ،

<u>"</u>يُعْرِب فأَعْجَم". Epistola illa difficilis est et in Codice valde corrupta. Complures viri docti 'Ibn-Garciae responderunt.

a) Hoc caput in meo Indice Codicis Gothani non notavi; sed si recte memini, hîc in Codice quaedam desiderantur. b) Sic hoc nomen scriptum est in ipso opere; an recte, nescio. Index habet عبطون. c) Hoc caput ultimum est in Cod. Gothano. d) Cod. وتولّى, quod ferri nequit. Scripsi تدلّى collato 'az-Zamaćšarī in *Ásāso 'l-balāgā*: يقال تدلّى علينا فلانٌ من ارض كذا اتانا et تدلّى من الجبل نَزَلَ مِنْ أَيْنَ تَدَلَّيْتَ علينا. e) Haec vox corrupta videtur. f) Cod. الانق. g) In Cod. videtur نجح; sed cf. 'Ibn-Bassām Cod. Goth. fol. 1 v.: نجم من افقها مَنْ; mei libri I. p. 206, vs. 2 a f. h) Cod. عصر لنا.

والاديب عبد العزيز السُّوسىّ ولُمَعٌ من دولة ابن ذى النون ومآلُ حفيده، واخذُ طليطلة من يده، ودوران الدائرة السَّيِّئة [a] بهما عليه،، مع ما يندرج [b] فى ذلك من خبر، والتفّ به من قبيح اثر،،

واخبار ابى عبد الله بن شَرَف وغُرَرُ اشعاره وذكرُ خراب القيروان واخبار ابن السَّقّاء مُدبِّر [c] المُلْك الجَهْوَرىّ بقرطبة ومقتلُه،

وابو الحسن المكفوف الحُصْرىّ وذكرُ تغلُّبِ ابن هود المقتدر على دانية واخبارُ عبد الكريم بن فَضّال الحُلْوانىّ،

وابو العَرَب الصِّقِلّىّ،

وابو عبد الله بن الصَّبّاغ الصقلّىّ،

وابو محمّد بن حَمْديس [d] الصقلّىّ،

والحكيم [e] ابو محمّد المصْرىّ،

وابو محمّد بن الطَّلّاء المَهْدَوىّ،

وابو بكر بن الحسن المُرادىّ،

والفُكَيْك [f] البغدادىّ،

وابو زكرياء يحيى الزَّيْتُونىّ،

وابو بكر بن العَطّار اليابسىّ،

وابن القابلة [g] السَّبْتىّ،

ذكر من كان منهم بالمشرق

الرَّضى الشَّريف،

ابو القاسم المَغْرِبىّ،

عبد الوَهّاب المالكىّ،

ابو محمّد [h] بن قاضى مِيلَة،

---

a) Cod. السى. b) Cod. ندرج; cf. de Sacy *Chrest. Ar.* I. p. 469, vs. ult. t. a. c) In Cod. male مدير. d) Perperam in Cod. حمدين. e) Codex perperam والحكم, erat enim medicus; vide mei libri I. p. 89, ann. 87. f) Male in Codice والفكيرى; vide ʿal-Maqqarī II. p. ٨١. g) Sic apud ʿal-Maqqar*īum* II. p. ٤١٢ et ٤٢٣; sed in Codice est ابن القائلة i. e. ابن القائلة. h) In Cod.

ابو الحسن التّهامىّ [a]،
مِهْيار الدَّيْلَمىّ [b]،
ابو منصور الثّعالبىّ،
ابو اسحاق الحُصْرىّ،
ابو علىّ بن رَشيق وذكْرُ الخَرَّاب [c] القيروانىّ،
ابو علىّ العَسْقَلانىّ (ابن الشَّخْباء) [d]،
القاضى ابو محمّد بن نعمة،
جلال الدولة ابن عمّار المحمّدىّ،
رجع وانّما ذكرت هاؤلاء ائتساءً بابى منصور، فى تاليفه المشهور،، المترجم بيتيمة الدهر، فى محاسن اهل العصر،، ۞

وتحرّيْتُ فى الجملة حُرَّ النظام، وتخيّرْتُ جيّد الكلام، وجردت جملة الفصول والاقسام،، وانّما مِنْ معنى غريب يتعلّق [e] به خبرٌ مشهور، وامكننى فيه شعر كثير،، مددتُّ اطنابَه، ووصلتُ اسبابَه،، وقد اذكرُ الشاعر الخامل، وانشدُ الشعر المُؤَنَّل،، لِاربٍ يتعلّق به، او لخبرٍ

---

est Mohammed sine Abū; sed nomen huius poëtae erat Abū-Mohammed Abdollāh, vide Ibn-Ćallicān Fasc. X. p. ۲۸, vs. 3 a f. ed. Wüstenfeld.

a) Codex التنهانى, quod correxi ex Ibn-Ćallicāne I. p. ۴۹۷ ed. de Slane., ubi locus Ibn-Bassāmi de hoc poëtā laudatur. *b*) In Codice hoc nomen vehementer corruptum est, nam ibi legitur: ىمىار الديلمه. Verum nomen iterum restitui ex Ibn-Ćallicāne (n°. 765 ed. Wüstenfeld), qui dicit, Ibn-Bassāmum de hoc poëtā egisse. *c*) In Codice copula ante ذكر desideratur et pro الخراب ibi scriptum est الحراب vel الحراب; sed cf. Ibn-Ćallicān in vitā Ibn-Rašīqi (I. p. ۱۹٥ ed. de Slane): ولم يزل بها الى ان هجم العرب القيروان وقتلوا اهلها واخربوها. *d*) In Codice hic scriptum est: ابى (sic) الشحنا (sic) ابو العيان العسقلانى et post verba ابن عمار المحمدى ibi est كذا ابو علـى الحسن بـن عبد الصمد بـن الشخباء العسقلانى وقع فى اخرى. Certum vero est, hoc caput agere de ابو علـى الحسن بـن عبد الصمد بـن الشخباء العسقلانى, nam de eo caput exstare in Ibn-Bassāmi opere, testatur Ibn-Ćallicān (I. p. ۱۹۹ sq. ed. de Slane). Verba ابن الشخباء كذا وقع فى اخرى (sic enim legendum est) significant, in alio Codice pro ابو العيان scriptum esse ابن الشخباء; est nota marginalis quae in textum migravit et importuno loco inserta est. Quo modo autem factum sit ut pro ابو على scriptum sit ابو العيان, explicare non possum, nam ubique, v. c. etiam in *al-Ćarīda* (vide meum *Catalogum* II. p. 263, vs. 11), hic vir vocatur Abū-Alī. *e*) Cod. فتعلق.

اذكره بسببه،، وقد انكر الرجل لنباهة ذكره، لا لجودة شعره،، واقدّم الاخر لاشتهار احسانه، مع تاخير زمانه،، وبَدَأْتُ بذكر الكُتّاب، اذ هم صدر فى اهل الاداب،، الّا ان يكون له حظّ من الرياسة، او تدعو الى تقديمه بعض السياسه،، فاوّل من ذكرتُ من اهل قرطبة مَنْ كان بها من ملوك قريش فى المدّة المؤرّخة من اهل هذا الشان ثمّ من تعلّق بسلطانهم، او دخل . . . . . [a] من شانهم،، وتلوتُهم بالوزراء،، ثمّ اعيان الشعراء،، ثمّ بطوائف من المُقلّين منهم وكذلك فعلت فى كلّ قسم بَدَأْتُ بالملوك ثمّ استمرّ على من وصفتُه من الترتيب، وانتظم على ما شرحتُ من التبويب،، وعلى اللّه اتوكّل، وهو حسبى فيما اقول وافعل،، لا الاه سواه ✿

Praemissis praemittendis, lande nempe Dei, qui laude dignissimus est, et invocatione domini nostri Mohammed*is*, obsignatoris Dei legatorum (haec dicimus): Fructûs literarum humaniorum, quarum magna est praestantia, sunt epistolae oratione solutâ scriptae [1] et carmina pulchre, ornamentis intermixtis, ordinata; effunduntur illae ut effunduntur guttae in flores, dum haec aeque bene ordinata sunt ac monilia in collis virginum. Semper autem in hac nostrâ terrâ Hispanicâ, (a caeteris regionibus 'islām*iticis*) longe remotâ, exstiterunt, ad hoc usque tempus, viri qui in utroque scribendi genere excelluerunt; viri qui erant id quod erant soliditate cogitatorum, ornamentorum puritate et dulcedine quae animos allicit [2]. Mirificas sententias protulerunt, veluti obscuritas mirificas visiones offert illi qui frustra somnum quaerit; eâdem diligentiâ variis eloquentiae generibus operam dederunt, quâ 'al-Á'šā operam dedit filiabus 'al-Mohallaq*i* maritandis [3]. Effuderunt igitur, ad normam virorum in hac arte praestantissimorum [4], res miras orationis solutae

a) Lacuna in Codice.

1) De 2ª formâ verbi رسل v. mei libri Vol. I. p. 6.

2) Metaphoras, a ligno, unionibus et aquatione desumtas, hìc omittere debui, ne nimis barbara esset oratio.

3) De historiâ quae hìc spectatur, cf. de Sacy, *Chrest. ar.* II. p. 473.

4) النجوم *stellae* hìc sunt *principes in arte dicendi*, et phrasis metaphorica صبّ على (vel فى) قالَب فلان significat *exemplum alicuius sequi*, ut manifesto ostendit locus 'Abdo-'l-wāhid*i* (p. ١٩١): ولم يكتب لهم منذ قام امرُهم اعنى مِنْ كَتَبَة الانشاء مَنْ عرف طريقتَهم وصبّ فى قالَبهم وجرى على مَنْهَجهم واصاب ما فى انفسهم كابى عبد اللّه بن عياش هذا, ubi quantocius deleatur istud ما, quod perperam addidi.

et ligatae; de pulchritudine certaverunt cum sole splendente et ad occasum vergente mirandis carminibus et epistolis. Eorum oratio soluta talis est, ut, si 'al-Badî' illam videre posset, nominis sui oblivisceretur [5], et si 'Ibn-Hilāl illam posset adspicere, eius arbitrio se submitteret [6]. Quod vero ad eorum poësin attinet, haec talis est ut, si eam Coṫaijir audivisset, non amplius carmina amatoria vel laudativa composuisset, et si illam perscrutatus esset Ġarwal, non amplius ululasset neque latrasset [7]. Attamen qui in hac terrâ de historiâ literariâ scripserunt, nihil aliud sibi proposuerunt quam Orientis scriptores sequi et imitari; horum sexcenties repetitis historiis nituntur, ut Traditio nititur auctoritate Qaṫādae [8]; adeo ut, si in illis regionibus corvus crociret, vel in ultimâ parte Syriae aut 'Irāqi musca susurraret, huic, ut idolo, procumberent, et istud, quasi perspicuus esset liber, legerent. Quod vero ad nostrates attinet, horum mirabiles historiae simul cum eorum egregiis carminibus habentur pro loco ubi iacet sequioris generis camela, ubi cubat camela extenuata; nullius cor animusve iis politur, nulliusque lingua manusve in iis curam ponit. Hanc nostratium agendi rationem indignatus et fastidiens eorum morem, colligere incepi quae invenire potui ex pulchris scriptis mei temporis, et perscrutari ingenii monumenta quae mei gentiles et coaetanei exegerunt; quod feci zelo incitatus et quia indignabar, huius praeclarae terrae plenas lunas pro novis, eiusque maria pro paucâ aquâ haberi, licet multos protulerit viros literatos et doctos. Iam diu homines neglexerunt doctrinam et viros eruditos. Quot sunt praestantes scriptores quorum scripta iam perierant antequam ipsi e vitâ exirent! Scire vellem quis ille est qui doctrinam uni tantum aevo propriam esse quique solos Orientales pulchris scriptis excelluisse contendit! Nam descripsi (in hoc libro) talia quae animos commovebunt et fascinabunt poëtas et *cātib*os, quaeque ab huius temporis scriptoribus profecta sunt.

Nihil tamen attingere volui ex carminibus quae regnantibus Merwānī*dis* aut in laudem 'al-Mançūri composita sunt, quandoquidem 'Ibn-Farag, ex urbe Jaen oriundus, eandem quam ego de aequitate opinionem fovebat et idem quod ego indignabatur; dictavit itaque de pulchris scriptis ipsius aequalium *Librum hortorum*, in quo imitatus est librum c. t.

5) 'Al-Badî' est 'al-Hamadānī, qui suis Maqāmāt inclaruit et Badî'o'z-zamān (*prodigium saeculi*) cognominabatur.

6) 'Ibn-Hilāl est 'Abū-'Isḥāq 'Ibrāhīm 'ibn-Hilāl Sabaeus, celebratissimus epistolarum scriptor, de quo praesertim cf. Chwolsohn, *Die Ssabier* I. p. 588 sqq.

7) Poëta Coṫaijir notissimus est. In proverbiis est أَنْسَبُ من كثيّر ('al-Maidānī II. p. 775). Ġarwal est 'al-Ḥoṭai'a, qui primo Arabum saeculo floruit et praesertim satyris inclaruit; hinc istud: *non* (lupi instar) *ululasset neque* (canis instar) *latrasset*.

8) De Qaṫādâ, celebratissimo traditionario, cf. v. g. 'an-Nawawī p. ٥٠٩ sqq.

Flos disciplinarum [9], auctore Ispahanensi. Quae igitur ille tractavit non attigi et ex illis nihil commemoravi; me continui in coaetaneis meis, quos aut ipse vidi aut alius ex mei temporis viris cognovit, quandoquidem ea repetere et iterare quae iam dicta sunt, taedium et nauseam movet. Aures enim exspuunt [10] decantatum istud:

O tentoria Maijae, quae primum erant in montis cacumine, deinde in eius acclivitate [11]!

Taedium animos [12] capit ubi recitatur:

Rudera domicilii Ćaulae in tractu lapidoso Ṫahmad [13].

Istud: *Subsistite, o amici, ut ploremus* [14] obliteratum est [15] discipulorum manu et Ḫogri filio redditum est una cum dirâ imprecatione illorum qui istud ediscere debebant. Quod attinet ad: *Haecne 'Omm-Aufâe* [16] certum est, vestigia illius quae abiit, esse deleta, sive subitâ morte strata sit, sive nimis diu vixerit. Quot vero pulchrae ideae sunt quas oratores neglexerunt! Multa argumenta poëtae cantanda reliquerunt [17]; pulchra

---

9) Vide libri mei Vol. I. p. 199, ann. 30.

10) Est impropria locutio, quâ tamen Arabes utuntur. Az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* eam habet: هذا كلام تمجّه الاسماع وقول مجوج; Qotbo-'d-dīn p. ١٥٣ ed. Wüstenfeld: مجوج فى الاسماع. Etiam *oculi* aliquid vel aliquem *exspuere* dicuntur; 'al-Maqqarī II. p. ٣٩٢: انّ العيون تمجّ التائه والقلوب تنحرف عنه *oculi exspuunt superbum et animi se ab eo avertunt;* poëta in *Noct. Arab.* IV. p. ٢٧٩, 3 a f. ed. Macnaghten.

11) Est initium notissimi carminis 'an-Nābigae, quod editum est a de Sacy in *Chrest. ar.* II. p. ١٤٣ sqq.

12) طباع hîc est plur. a طبع; cf. Bidpai p. 199, vs. 4.

13) Est initium Moallaqae Tarafae.

14) Initium Moallaqae 'Imro.o-'l-qaisi, qui, ut notum, Ḫogri filius erat.

15) In textu pronuntiavi مُحِيَتْ, non مُحِّيَتْ. Verbum enim محا, quod activam et passivam habet significationem, adhibetur ubi de tabulis scriptoriis vel de libris sermo est; quod de verbo محّ, quantum scio, non valet. Al-Gauharī: محا لوحه; 'az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga*: كتاب ممحوّ.

16) Initium Moallaqae Zohairi. Versus est: Haecne 'Omm-Aufâe vestigia? Haecne rudera silentia tentorii illius in asperis 'ad-Darrāgi et 'al-Motatallami desertis?

17) Spectat hîc 'Ibn-Bassām initium Moallaqae Antarae:

(الكامل) هل غادر الشعراء من متردّم

carmina sunt innumerabilia; non vero ideo quis praestans est quia sepultus est; molestum est praestantiae, sive antiqua sit sive recens, contumeliose tractari. Dedecore afficiat Deus illos qui dicunt: «Antecessori meritum est [18];» hoc enim si verum esset, quot pulchre dicta tunc sepelirentur et quot nobiles viri obscuri essent! Quodsi recentiores unice antiquorum libros tractabant, multiplex scientia periret et copiosa elegantior doctrina interiret.

In hoc Dīwāno, quem vocavi: *Thesaurus de pulchris scriptis huius Peninsulae*, descripsi talia, ex nostratium mirandâ doctrinâ et singularibus scriptis sive ligatâ sive solutâ oratione desumta, quae dulciora sunt quam clandestina verba quibus utuntur amantes quum cavent speculatores, et quae maiorem voluptatem afferunt quam convivia in quibus pocula circumferuntur et citharae impulsis nervis resonant. Nam ab eo inde tempore quo huius Peninsulae incolae principes in eloquentiâ et viri summi in poësi et in epistolis componendis exstiterunt, ita se effuderunt ut maria e memoriâ pellerent, et adeo splenduerunt ut aemularentur solem et lunam. Eorum sermo nunc subtilis est ut aër, nunc solidus ut durum saxum; quod unus ex eorum numero, Ȧbdo-'l-galīl ·ibn-Wahbūn, suam poësin describens, sic exprimit:

> Est illa mollis ut cantus columbae in sylvis; est illa robusta ut aquila quae aërem findit.

Hoc ita est quamquam hisce in regionibus habitent et vicini sint Romanis; quamquam eorum terra ultima sit ex iis quas Moslimi sibi subiecerunt et terminus splendidis Arabum factis constitutus; undique circumdati sunt Oceano, Romanis, Gothis. Non est terra glareâ abundans, sed talis quae montes habet Ṫabīro similes [19]; non paucam aquam habet, sed mare turgidum. Abū-Ȧlī Bagdād*ensis*, qui in Hispaniam venit tempore Merwānī*darum*, haec narravit: «Quum ·al-Qairawān*um* venissem, dum in itinere incolas «oppidorum, qui mihi obviam erant facti, consideraveram, inveneramque illos stupidos «et hebetes, non tamen eodem gradu, sed ita ut quatenus eorum habitationes Orienti «essent propiores aut ab Oriente remotiores, eatenus etiam plus minusve stupidi es- «sent, adeo ut, suum cuique tribuens et comparatione institutâ, fere dixissem, eorum

---

quod liberius sic verti potest: *Ullumne argumentum poëtae cantandum reliquerunt?* Quod ad مترّدم attinet, cf. scholia.

18) Est proverbium quod legitur apud ·al-Maidānī II. p. 239 ed. Freytag. Dicitur quoque: الفضل للمبتدى، وإنْ أحْسَنَ المقتدى», *praestantia est incipienti etsi pulchre rem agit imitans.* In carmine in *Noct. Arab.* IV. p. ٣٦٠, vs. 13 ed. Macnaghten legitur الفضل للبادى.

19) Quum textus hîc corruptus sit, nequaquam affirmo me recte vertisse.

«locos quod ad viam attinet etiam esse eorum locos quod attinet ad eruditionem; — quum «igitur 'al-Qairawān*um* venissem, dixi: — Quodsi incolae Andalusiae eâdem ratione hebetiores sunt quam illi, quos hisce diebus vidi, hebetiores sunt quam illi quos antea vide-«ram, in istâ regione mihi interprete opus erit.» Sed res plane aliter evenit, nam audivi, Abū-Alī*um*, his narratis adiungere solitum fuisse admirationis testificationem propter ingenii acumen, huius terrae incolis proprium. Praeterea se viris doctis Hispanis subtrahere solebat ubi disputabatur et rerum causae indagabantur [20], haec dicens: «Scientia «mea est scientia traditionis, non scientia indagationis; accipite igitur a me quae a meis «magistris audivi, nam nihil neglexi ut genuina et vera tradere possim.» Et reverâ omnes eâ aetate agnoscebant eius magnam doctrinam, et confitebantur eum permulta a magistris fide dignissimis accepisse.

Nisi vererer ne ea quae mihi in mentem veniunt sagittam meam removerent a foveâ iuguli scopi quem in hoc libro mihi proposui, hìc quaedam miranda, quae Hispanis acciderunt, aut nonnulla ab iis facete et argute dicta commemorarem. Sed in ipso libro de his sat multa occurrent et plura etiam, si Deo ita placet, quam desiderare aut exspectare poteras. Fortasse vero erunt inter lectores qui putent me multos viros literatos omisisse, obscuros quosdam commemorasse et de claris tacuisse. Hos, ne praeproperanter me accusent, scire velim, me hunc librum composuisse tempore quo non amplius honoratus, sed neglectus eram; quo gladius meus crenis impletus erat; quo laetitia mihi erat rara, et quo iuventus iam mihi valedixerat discesseratque; sciant etiam me hunc librum collegisse e dispersis et adeo detritis chartis excerptisque, ut ad praeterita saecula pertinere viderentur et vetusta tentoriorum vestigia similitudine referrent; scripta erant ista a stupidis hominibus, quorum literae similes erant striis serpentis, se in multiplices orbes sinuantis [21], aut formicarum tramitibus in locis ventosis. Ubi accurate scribere sibi videbantur isti, mendose scripserunt; ubi auctoris sententiam recte reddere putabant, eam mutarunt et corruperunt, ita ut is, qui maxime de iis quae scripta sunt intelligendis desperare debet, sit ipse librarius, utque hic imprimis de locorum sensu dubius sit et incertus [22]. Ego vero istarum scriptionum seras removi, harumque vincula et catenas

---

20) 3ª forma verbi فتش Lexico addenda est.

21) الراح est pro الراحى, quod est epitheton serpentis, a verbo رحا.

22) Haec significatio 10ᵃᵉ formae verbi راب Lexico addatur. — Vides iam 'Ibn-Bassām*um* quaerere de librariorum ineptiis, ipsumque, ut ex sequentibus patet, artem criticam exercuisse. Recentiorum Arabum hac de re querelae multae sunt. Unum adducam exemplum, ex secundâ parte 'al-Maqqarī*i* depromptum. وحكى لسان الدين انّ سعيد بن محمّد الغرناطىّ الغسّانىّ استعار منه كتابا فارسله اليه وعلى ظهره هذه الابيات

rupi, eo eventu ut nunc clarae et perspicuae sint splendeantque tamquam elegantiae et venustatis exempla. Doleo tamen, quia de plurimis quos in hoc Dīwāno commemoravi, nihil ad eorum vitam spectans scriptum reperi, nec eorum carminum collectionem vidi; talia enim mihi, de illis exponenti, magnum auxilium praestitissent; sed quae invenire potui, accurate investigavi; hoc in negotio obscuritati multa eripui, et strenue pugnavi cum longâ investigatione cumque tempore cuius vices mutantur, eo eventu ut talia in hoc libro ex historiis huius regionis virorum descripserim, quibus fortasse ipsos Orientales superabo.

Non vero (Deum testor!) in hoc libro mihi propositum fuit ut quempiam praestantem virum obtrectatione laedam, aut huius merita in illius detrimentum extollam, nam qui vitium quaerit, illud facile invenit. — — Ideae sunt ut illa receptacula quorum aqua nunquam evanescit, sunt astra quae nunquam occidunt; qui vero singulorum ingenia inter se comparare vult et diiudicare, hic aerumnosum laborem suscipit. Ait Abū-Ṫammām:

> Quodsi ingenium poëticum exhauriri posset, meum ingenium poëticum exhausissent tuae, quae illud collegerunt, cisternae anteacto tempore;
>
> Sed est animorum effusio; eius quae apparuerunt imbriferis nubibus semper succedunt aliae [23].

In hoc Dīwāno carmina et epistolae descripta sunt tantum, non vero explicata aut illustrata; dabo historias et poëmata, sed quae in his, aut quod ad verba, aut quod ad sententiam attinet, obscuriora sunt, non interpretabor. Saepe tamen, aut dum narrabam, aut dum pulchrae virginis faciem retegebam, quaedam ex his attigi, praesertim rhetoricae genera, pulchrae disciplinae, quae dux et columen est poëmatum, quaeque docet cur unum altero praestantius est et quâ in re differunt; quae igitur ad hanc disciplinam spectant, indicare et monstrare debui. De omnibus quae dabimus et describemus

---

(السريع) هذا كتاب كلّه معجم   افحمنى معناه افحاما
اعجمه منشئه اوّلا   وزاده الناسخ اعجاما
اسقط من اجماله جملةً   وزاد فى التفصيل اقساما
وغيّر الالفاظ عن وصفها   وصيّر الايجاد اعداما
فليس فى اصلاحه حِيلةٌ   تُرْجَى ولو قوبل اعواما ✿

23) Hi versûs desumti sunt ex longo poëmate quod Abū-Ṫammām in laudem Abū-Dolaf al-ʿIglī composuit. Saepe ab auctoribus, simili in argumento versantibus, laudatur, veluti ab Ibn-Rašīq in *al-ʿOmda*, et ab Ibn-Saʿīd in Praefatione libri c. t. عنوان المرقصات والمطربات (Cod. Doct. Lee).

sententia et iudicium sit penes criticos solertes et *cātibos* sagaces, qui principes sunt in eloquentiâ et quasi argentarii in rebus quae ad orationem solutam et ligatam spectant; quod vero attinet ad illos quorum ingenium stupidum animusque obseratus est, a me et ab illis removi molestum excusationis officium [24].

Exstiterunt hoc tempore nonnulli nobiles viri literati qui me digniores sunt ut in hoc hippodromo currant, quique elegantius quam ego potui de summis a me commemoratis viris exposuissent, ita ut reconditas sententias patefecissent; viri qui me doctiores sunt quique igitur sententiarum sensum, pulcherrimo quasi vestitu ornatum, ostendissent. At ego iis quae suscepi et aggressus sum, similis sum aurae matutinae, quae aurorae est nuntia, et sorti quae optimae vicem explet. Non dicam me pulcherrime scripsisse, attamen saepius meam sententiam clare et dilucide explicui; *non prae me fero, me nova protulisse, sed fortasse bene scripsi ubi alios sequebar* [25]; solide tractavi quae collegi; quae dispersa erant coniunxi; iis scriptionibus describendis quas habui, effeci ut caeteris, quas nancisci non potui, facile carere possis. Ambulavi inter carmina et epistolas veluti molles puellae ambulant inter flores albos et flavos; a seriis transii ad iocosa veluti amicorum coetus a locis apricis transit ad locos umbrosos, aut veluti carnosus camelus laetus permutat salebrosos colles cum planitie. Epistolis et carminibus quae collegi, intexui proelia et historias quae cum iis coniuncta sunt aut datâ opportunitate narrari poterant; quoniam de quinto Higrae saeculo agebam, nonnullas calamitates, quae tunc temporis acciderunt, explicui, bella civilia narravi, et tum turpia, tum pulchra gesta exposui; causas enumeravi, quibus factum est ut Christiani hanc regionem sibi subiicerent; breviter indicavi quomodo factum est ut reges nostri imperio privati et radicitus evulsi sint. Has res explicui verbis quae animorum solicitudinem excitabunt, *quaeque efficient ut caprae montanae in depressas valles descendant* [27]. Fretus sum hac in

24) I. e. apud hos me excusare, operae pretium non est.

25) Sunt haec verba Abū-Nowāsi: „فلئِنْ لم احسن الاختراع ، لما اسأتُ الاتّباع"; vide Ibn-Callicān, Fasc. XI. p. ٨, vs. 14 ed. Wüstenfeld.

26) Eodem sensu auctor 5ª formâ verbi خلّ utitur in Vol. III (fol. 2 r.), ubi de poëmatibus haec:

يتخلّلها بشكوى احرّ من الجمر ۞

27) Verba quae cursivis literis imprimi curavi, sunt e versu Coṭaijiri, qui exstat in *al-Ḥamāsa* p. ٥٧٣:

(الطويل) وأَدْنَيْتِنِى حتّى اذا ما ملكْتِنى بقَوْلٍ يُحِلُّ العُصْمَ سَهْلَ الاباطحِ

تناهيتِ عنّى حينَ لا لِىَ حيلةٌ وغادرتِ ما غادرتِ بين الجوانحِ

re Historiâ Ābū-Merwānis 'ibn-Ḥaijān, cuius paragraphos aut integras descripsi, aut excerpsi; ubi vero eius sermone destitutus eram eiusque bene ordinatâ narratione carebam, subsistebam in vestigiis tentoriorum illius quae abiit [28] et rem quam cupiebam attingere non poteram [29], nam memoriam perdidi simul cum opibus quibus gaudebam.

Ipse poësin non equi instar domui; non eâ exercendâ vitam sustento; non est ea mihi domus in quâ habitem et ad quam revertar; raro eam visitavi; furtim eam adspexi, ut scirem quid esset, non vero ut accurate eam examinarem. Desiderabam enim ut meus animus liber esset ab ignominiâ quam affert, et studebam ut mei pedes altiores vias calcarent quam illae in quibus ambulat. Quum igitur eius vinum temperabatur eiusque pocula circumferebantur, ego e longinquo tantum ei appropinquabam, nam soli sacrae Traditioni operam dabam. Quid mihi cum eâ commune est? Eius maxima pars est fraus vafrornm hominum et fictio eorum qui imaginatione decipi patiuntur; quae seria offert, sunt falsae opiniones et vanae imagines; quae iocosa, fraudes et talia quae in errorem coniiciunt; solidis disciplinis operam dare, magis nos decet quam vanis epistolis et carminibus tempus impendere. Nihilominus promisi, me in hoc libro aliquos nitentes locos ex rhetoricâ monstraturum [30], meque quaedam explicaturum ex eius causis vocibusque technicis. Praeterea, quum pulchrâ ideâ potitus sum aut exquisitam vocem inveni, dixi quis primus illis usus est, et indicavi illum qui illorum pulchritudinem aut diminuit aut auxit. Non vero sic ut absolute dicam: «hic ab illo hoe desumsit;» nam *singulorum ingenia saepe ad idem perveniunt* [31] *et ubi una ungula posita erat, mox ponitur altera. Est autem poësis hippodromus in quo equites sunt poëtae* [32].

Hic liber (Deum O. M. testor!) profectus est a viro cui pectoris latera vulnerata sunt et cui mentis alacritas est exstincta inter versicolores, chamaeleontis instar, temporis vices.

Cf. etiam versus apud Ahlwardt *Chalef elahmar's Qasside* p. 379, vs. ult., et Ābdo-'l-wāḥid p. ١٢٥, vs. 6.

28) Cogita de antiquis *qaçīdis*.

29) Ad proverbialem locutionem ضرب فى حديد بارد ('al-Maidānī I. p. 218; II. p. 851) cf. versus in *Noct. Arab.* IV. p. ٢٨٨ ed. Macnaghten:

(الكامل) واذا تألّفت القلوبُ على الهوى   فالناس تضرب فى حديد باردِ

i. e. frustra operam sumunt qui amantes ab amore abducere conantur. Vide etiam 'Ibn-Ḍobair p. ٢٢٠, vs. 7 a f.

30) De البديع et صنعة vide annotationes in meo libro, quae in Indice uotatae sunt.

31) *Les beaux esprits se rencontrent.*

32) Verba quae cursivis literis imprimi curavi, sunt 'al-Motanabbīi; vide Commentarium ad 'al-Ḥarīrī p. ٢٣٢, vs. ult. sq. ed. 1ae.

Etenim recessi ab oppido Santarem, quod ultimum est in Occidente, dum gladius meus crenis erat impletus egoque metu eram perculsus, postquam omnes opes, tum quas haereditate acceperam, tum quas ipse mihi comparaveram, mihi erant ereptae, et perierant omnia quae aut oculis exposita, aut recondita erant; quod factum est repetitis Christianorum adversus nos incursionibus usque ad imum illius regionis. Nobili genere ortus, quaestum facere, quod inhonestum est, mihi ibi necesse non erat; viles servos quum haberem, non opus mihi erat ut varias regiones peragrarem; sed hanc lautam conditionem Christiani turbaverunt. Si aves Qatā noctu non excitatae fuissent, dormirent [33]. Quum igitur ibi omnia terrore ac tumultu streperent, festinanter cum sociis meis in viam me dedi, peragrans deserta in quibus auris oculum mendacii arguebat et in quibus calamitates, quae nos attingere poterant, nostros animos terrebant;

Deserta in quibus vel lupus fame moreretur, et in quibus ne corvus quidem volaret [34];

donec liberatus sum veluti luna liberatur a postremâ noctis mense [35], et prodii veluti prodit [36] sors in ludo aleatorio. Veni itaque Hispalin, dum animus meus variis curis dilaceratus erat, eiusque maior pars moerore abierat;

---

33) Est proverbium, quod adhibetur de eo qui invitus rem ingratam peragere cogitur, et de cuius origine conferendus est 'al-Maidānī II. p. 406, n°. 4.

34) Est versus 'al-Motanabbīi, in Dieterici editione p. ٣٨٢, ubi tamen pro مهامه legitur مَهالِك.

35) Similis phrasis est apud 'Ibno-'l-Ćatīb (MS. G. fol. 23 v.): تَخَلَّصَ من سرارها (l. سراره) بَدْرُهُ; cf. etiam Amari *Bibl. Ar. Sicula* p. ٩٥٩, vs. 6 sq.

36) Verbum فاز (de sorte) significat *prodiit* (sors e sacculo), ut docet locus ex epistolâ 'Ibn-'abī-'l-Kiçāli, ad 'Ibn-Bassāmum datâ, quam descripsit 'Abdo-'l-wāhid (p. ١٢٥): ، ولولا دروس معالم البيان واستيلاء العَفَاء على هذا الشان» لَمّا فاز لمثلى فيه قِدْح ، ولا تحصّل لى فى سوقه ربح». Similiter in loco quem ex quarto 'Ibn-Bassāmi volumine citat 'Ibn-Ćallicān (I. p. ٤٩٧ ed. de Slane): «يدلُّ شعرُه على فوز القدح ، دلالةَ برد النسيم على الصبح». Et in versu qui occurrit in mei libri Vol. I. p. 363, quique sic legendus est:

رَعَى اللّه عَصْرًا فيه فازت قداحُنا   ودارت علينا بالمسرّة اقداحُ

Servet nobis Deus tempus in quo nostrae sortes (e sacculo) *prodierunt* (i. e. in quo votorum compotes facti sumus), *et in quo nobis in orbem aguntur pocula gaudium afferentia.* 2a forma فوّز igitur est *prodire fecit, extraxit* (sortem e sacculo), et passivum *extracta est* (sors) i. e. (ut prima forma) *prodiit.* Quae Lexico sunt addenda.

Et utinam mihi vivere licuisset cum eâ eius parte quae superstes erat [37]!

Sed sepultus ibi iacui; — — societate tantum gaudebam quum solus eram, nullusque victus mihi erat praeter id quod restabat ex viatico. Doctrina ibi rarior est quam (ubique locorum) promissorum constantĭa, et homo literatus ibi magis negligitur quam luna hiberno tempore [38]. Singulos autem (non virtute aut doctrinâ, sed) opibus metiuntur; exemplum in unàquàque civitate proponunt homines rudes et ignari; sufficit unicuique ut opes quas possidet tutae sint, etiamsi eius dignitas diminuatur, utque multum habeat argenti et auri, licet parum habeat religionis et nobilitatis.

Hic Dīwān*us* nihil erat nisi propositum, neque sermone neque labore patefactum; erat votum — — [39]; latebat inter rumores et visibilia [40], veluti ignis latet in lapide; fluebat inter linguam et animum, veluti aqua fluit in virente ramo, donec super eius (Hispalis) terram orta est stella quae ei felicitatem et potentiam attulit; donec ventus ei flavit, quo auctore omnia quae ad religionem et imperium spectant in melius sunt mutata; donec spiravit in eâ spiritus, quo auctore ea quae speraverat et optatam securitatem assecuta est; loquor de summo illo principe, qui — —, qui summum astrum est in eius coelo; — — defensor illius qui iniuste tractatus est; largitor (?) erga eum qui frustra donum petierat; qui in vitam revocat doctrinam et apud quem viri docti veluti in pratis tempore verno amoenis habitant; quique cupit et efficit ut de eâ (doctrinâ) praestantes libri scribantur; utinam Deus eius vitam in aeternitatem propaget; efficiat ut eius signa militaria in ipsas stellas ferantur [41], utque tota terra praeda sit eius gladiorum et calamorum!

---

37) Hoc hemistichium iterum ex carmine 'al-Motanabbī*i* desumtum est (ed. Dieterici p. ٢٩). Etiam primum huius versûs hemistichium ante oculos habuit 'Ibn-Bassām, dicens: وذهب اكثرها التباعا; nam totus versus est:

حتّى وصلتُ بنفسٍ مات اكثرُها ولَيتنى عشت منها بالّذى فضلا

38) أضيعُ من قمرِ الشتاء et اقلّ من الوفاء sunt proverbiales locutiones quae saepe occurrunt. De posteriore observat Freytag (*Arab. Prov.* II. p. 15): «Sic dicitur, quia hiemis tempore homines «lunâ lucente non confabulantur, ut tempore aestatis Arabum mos est.»

39) Phrasis, quae hîc in textu legitur, fortasse corrupta est.

40) الخبر et العيان saepe sibi opponuntur, v. c. in meo libro I. p. 216, vs. 13; proverbium apud 'al-Maidānī II. p. 421: ليس الخبر كالعيان; 'Abde-'l-wāhid p. ٧٢: هل عاد الخبر عيانا *Verumne factum est id quod rumor erat?*

41) مَرْكَز, cuius plur. مراكز hîc occurrit, est *locus ubi* hasta vel vexillum *in terrâ figitur.* Sic ab 'Ibn-Bassāmo (Cod. Goth. fol. 1 v.) Cordoba vocatur: «منتهى الغاية، ومركز الراية». Apud 'Ibn-Ḥaijān (Cod. Oxon. fol. 48 v.) exstant hi versûs:

Hunc igitur huius terrae aves 42 volatu obiverunt; hunc solenni modo laudarunt et invocarunt peregrinatores visitatoresque; in huius manu praestantissimi viri quasi expansi sunt; erant autem pulvere inquinati, duabus laceris vestibus tecti 43, odiosi iis qui ipsos videbant aut de ipsis audiebant, ex hominum societate exclusi 44, perinvisi, a viâ quae ad aquam ducit depulsi et deiecti 45. Domûs suas sepulchra reputabant; sumserant sibi filias cogitationum loco puerorum et puellarum 46; fortunae vices, quae miscet adversa secundis, erant experti; — — *pulchrā patientiā* 47; *nonnulli ex iis mortem obierunt, alii eam exspectant, sed nequaquam* (pactum cum Deo) *violarunt* 48. Sed

---

(الوافر) وقد رُفِعَتْ لِسَوّارٍ قناةٌ   بها خضعت رقابُهم وذلّوا
قناةُ المجدِ مركزُها عزيزٌ   حماها مانعٌ لا يستذلّ

Ibi quidem etiam esse posset *ima pars* hastae, quam significationem offert Petrus de Alcala in *cuento de lança o vara;* sed altera illa significatio versui aptior est.

42) I. e. poëtae.

43) Nempe ·*izāro* et pallio, quae coniuncta الحُلّة vocantur, nam aliis vestibus antiqui Arabes non utebantur. (*Izār*, quod iam apud Herodotum (VII, 69) occurrit, qui de Arabibus in exercitu Xerxis dicit: *'Αράβιοι δὲ ζειράς ὑπεζωσμένοι ἦσαν*, erat amiculum quod circa coxas constringebatur, partem inferiorem corporis tegebat, et ad talos usque pendebat). Spectat hîc 'Ibn-Bassām hanc sententiam Prophetae: كَمْ مِنْ أَشْعَثَ أَغْبَرَ ذى طِمْرَيْنِ لا يُوبَهُ له لو أَقْسَمَ على اللّه لأبرّه منهم البَرَاءُ بن مالك ✿

44) Sic محروم hîc vertendum est; Petrus de Alcala habet *descomulgado* (i. e. *excommunicatus*) محروم. Similiter in loco 'Ibn-Haijān*is* (apud 'Ibn-Bassām I. fol. 153 v.): على لسانه نملةٌ تدبّ على أعراضِ الناسِ لا يرعى لأحدٍ ذمّةً فصار مَشْنوءًا اليهم مُرَّقًا فى دينه محروما لم ترتفع له قط حال لخ ✿

45) Ad textum iam dixi, 'Ibn-Bassām*um* hoc ex antiquo poëtà sumsisse.

46) I. e.: ad tantam paupertatem erant redacti ut, praeter cogitationum filias (i. e. opera quae componebant), nullos haberent servos nullasque ancillas. Ad الولدان et الحور cf. ·al-Qor·ān 56, vs. 17 et 22.

47) Verba صبرا جميلا sunt ex ·al-Qor·āno 70, vs. 5.

48) Est locus Qor·ān*icus* Sūr. 33, vs. 23, ubi cf. ·al-Baiçāwī. De origine horum verborum haec leguntur in 'Ibno-'s-Sikkīt*i* *Kitābo tahdībi 'l-·alfāt* (MS. 597 p. 368): يُرْوَى أنّ رسول اللّه صلّى الله عليه مرّ على مُصْعَب بن عُمَيْر وهو منجعف على وجهه يومَ أُحُدٍ اى ساقطٌ

simulac haec stella iis luceret, et porta, quae inter eos et Dei angelum erat, iis aperta esset, accesserunt ad eum omnes, tardi haud minus quam agiles; properanter accurrerunt, alii lento, alii rapido gradu [49]. — — Iam vero desperaverant de hac resurrectione, *veluti increduli desperant de iis qui in sepulchris sunt* [50]. Ego autem eos rogavi quo se contulerant, ubi tentoria posuerant, et versus quemnam eximium regem iter susceperant. Doleo tamen, illos viros doctissimos et infelicissimos, quibuscum antiquâ amicitiâ coniunctus eram, quorumque amorem cum meo amore iunxerat nobile foedus, cuius nunquam obliviscar quodque sacrosanctum mihi erit; quibuscum per longum tempus paupertatis et obscuritatis pocula exhausi, inter fletum et gemitum, diebus illis qui tristiores nobis erant quam tempus esse solet quo iuventus nobis valedicit, et noctibus illis quae graviorem aerumnam nobis attulerunt quam patimur quum, ad calculum quum vocati sumus, hic minute examinatur; doleo, inquam, hos non cum fato inviolabile pactum [51] iniisse iisque non paullo longiorem vitam concessam fuisse, ita ut videre potuissent doctrinam, quae antea nullius pretii habebatur, nunc maximo in honore haberi; ut videre potuissent quomodo factum sit ut ʿislām*ismo* pristinus splendor sit restitutus et densa tyrannicarum actionum turba separata sit et dispersa. Doleo etiam, sepulchrum Ḥātim*i* aperiri et huius corpori animum reddi non posse, ita ut videret generositatem etiam post eius mortem cognitam esse, et initium et finem animi nobilitatis non in ipso, sed in alio viro quaerenda esse.

Quum igitur audiveram vocem vocantis, odoratu perceperam halitum propinqui solaminis, tramitem inveneram in viâ spei, et, Deo adiuvante, exitum ex laqueis obscuritatis, eius sacrae majestati hunc librum, ut de eo iudicium ferret, ostendi, eius notâ et nomine ornatum, dum eius gloria mihi ad eum viam monstrabat dumque eius gratiam captare studebam notâ eius nobilitate fretus; feci hoc quia sciebam literas humaniores ei caras esse, eum ipsum his operam dare, viros literatos ab eo, quâ est urbanitate, laudari, eosque in eius animo firmum locum tenere. Deinde, quum nonnulli a me petivissent ut iis hunc Dīwān*um* describere liceret, videremque huius temporis viros, propterea quod nonnullas auri particulas quas continet collegerant, cupere ut eius igne frui possent,

---

وكان اللواء معه فقال رسول الله صلّى الله عليه من المومنين رجال صدقوا ما عاهدوا
الله عليه فمنهم من قضى نحبه الاية ۞

49) Eadem phrasis quam hìc habemus, exstat in alio ʿIbn-Bassām*i* loco, quem edidi in mei libri Vol. I. p. 324, vs. 8, ubi pro بطالا legendum esse بطاء ex nostro loco patet.

50) Sunt verba ʿal-Qorʾān*i* 60, vs. 13.

51) Verba عهدا مسؤلا sunt ex ʿal-Qorʾān*o* 17, vs. 36; 33, vs. 15.

volui ut terras peragraret et itinerantium catervae eum secum portarent. Est autem ei, ex nomine illius in cuius gratiam collectus et cuius maiestati oblatus est, acu pictum ornamentum quo fiet ut eius forum frequens sit et ut eius iura, annuente summo numine, non pereant.

Divisi illum in quatuor partes, quarum prima agit de urbe Cordobâ et de mediae Hispaniae regionibus, quae huic urbi finitimae sunt; continet historias et complura capita de principibus, eximiis Câtib*is* et poëtis, quorum nomina haec sunt:

(*Omisso indice, qui versione non indiget, ad finem praefationis pergo.*)

Elegi in universum optima poëmata et selegi praestantissimas scriptiones, omnia capita et omnes libri partes polivi; fusior et prolixior tantum fui ubi se obtulit insigne argumentum quocum notabilis historia coniuncta erat et de quo multa poëmata habebam. Fieri tamen potest ut interdum obscuros poëtas commemorem, et carmina, quae explicatione indigent, recitem, sed non sine iustâ causâ, aut quia hac datâ opportunitate historiam quandam enarrare volebam. Fieri potest ut viros quosdam commemorem propter famam quam assecuti sunt, non propter praestantiam poëmatum quae composuerunt, utque aliis, propter eorum gloriam, primum locum concedam, quamquam recentiores sint. Incepi a Câtib*is*, quia hi inter viros literatos praecipui sunt; a quâ normâ tantum deflexi ubi rei publicae administratores commemorandi erant vel aliam ob causam. Primum de iis Cordobensibus egi qui ad regiam Qoraiš*i* stirpem pertinebant et illo tempore literarum studio inclaruerunt; deinde transii ad illos qui sub eorum imperio rempublicam administrabant aut eorum rebus gestis immixti erant; tum ad wezîr*os*, tum ad principes poëtas, et denique ad illos qui pauca carmina composuerunt. Eodem modo egi in unâquâque operis parte; incipio a principibus et tunc transeo ad caeteros eo quem indicavi ordine et servatâ capitum divisione quam exposui. In iis autem quae dicam et faciam solo Dei auxilio nitor; non est Deus praeter illum!

In hac praefatione, ut vides, nomen illius cui 'Ibn-Bassâm librum suum dedicavit quemque magnificis laudibus effert, expressum non est; sed quandoquidem Arabibus scriptoribus mos erat ut hoc facerent, suspicor etiam 'Ibn-Bassâm*um* hoc fecisse et nomen principis scriptum fuisse eo loco quo in Codice quem adhibui est lacuna (supra p. 45, vs. 8). Rem sic mihi propono: librarius Codicis ex quo Codex Cl.[i] Mohl descriptus est, nomen proprium omisit, quia illud deinde minio et grandioribus characteribus addere volebat; quod tamen quum deinde neglexerit, factum est ut librarius Codicis nostri lacunam in suo archetypo invenerit.

Quidquid huius rei sit, credo nos facile illum virum inventuros, cui librum suum dedicavit 'Ibn-Bassām, nam isto tempore, regnantibus scilicet Almoravidis, pauci erant in Hispaniâ literarum fautores.

Primo obtutu ex 'Ibn-Bassām*i* verbis ملك املاكها efficeres, eum de totius Hispaniae moslim*icae* gubernatore loqui; quod tamen haud ita est, nam tunc temporis Hispania in varias provincias erat divisa, quarum singulae suos habebant praefectos. Necesse igitur est ut sumamus, eum unius provinciae praefectum spectare, et quidem talem qui anno 500 vel brevi post imperium exercebat, nam, ut patet ex iis locis quos in meo libro (I. p. 197) laudavi, auctor noster opus suum scripsit anno 500 et tribus sequentibus. Verum de Hispalis praefecto, in quâ urbe 'Ibn-Bassām anno 503 adhuc habitabat (vide l. l.), duplicem ob causam cogitandum non est. Qui enim Hispalis praefecturam tenuit ab eo inde tempore quo 'Abbādī*dae* regno privati sunt (i. e. ab anno 484) usque ad annum 507, quo diem supremum obiit [52], nempe Sīr 'ibn-'abī-Becr, literarum fautor non erat; si fuisset, hoc iam pridem expertus fuisset 'Ibn-Bassām. Altera causa est in ipsis 'Ibn-Bassām*i* verbis, ex quibus scilicet patet, Maecenatem quem laudat non in eâdem atque ipse urbe habitasse, quippe ad quem visitandum iter erat suscipiendum. Ut paucis verbis rem absolvam: credo Maecenatem illum fuisse 'Abū-Becr*um* 'ibn-'Ibrāhīm, maritum sororis Imperatoris 'Alī*i* [53]. Hic praefecturam Granatensem obtinuit ipso anno 500 eamque per plures annos tenuit. Literarum magnus erat fautor et adeo liberalis, ut de eo sic loquatur 'Ibn-'al-Ćatīb: «Erat exemplum liberalitatis, omnibus visibile munificentiae vexillum; «e memoriâ pellebat liberalissimos viros qui paganismi aut 'islām*ismi* tempore vixerant.»
كان مَثَلًا فى الكرم رايةً فى الجود أَنْسَى [54] أَجْوَدَ الاسلام والجاهليّة — — ولى غرناطة
سنة خمسمائة ثمّ انتقل منها الى سرقسطة عند خروج المستعين بن هود الى [55] روضة
(Cod. Cl. de Gayangos fol. 98 v.) [56]. Quae quum optime conveniant cum iis quae 'Ibn-Bassām de suo Maecenate refert, quumque nullus alius illius temporis princeps literarum amore et liberalitate inclaruerit, tute statuere possumus, 'a*d*-Ďakīra*m* 'Abū-Becr*o* 'ibn-'Ibrāhīm fuisse dedicatam.

---

52) Vide '*al-Qartās* p. ١٠٥ ed. Tornberg.

53) De 'Abū-Becr 'ibn-'Ibrāhīm cf. mea *Histoire des musulmans d'Espagne* IV. p. 262.

54) Codex انس.

55) Hoc vocabulum supplevi; in Codice hic parva est lacuna.

56) Perperam auctor '*al-Qartās*i (p. ١٠٣) dicit, Temīm*um* anno 502 fuisse Granatae praefectum; Temīm*us* tunc temporis erat in *oriente* Hispaniae (*Kitābo 'l-'ictifā* fol. 164 r.).

Pag. 201, vs. 12. Credo legendum esse : وَٱنْبَثَّتِ الجياد (7ª forma verbi بثّ). — Pro عليهما Fr. عليها.

—, vs. 14. Lectio Codicis نابت فيها الخواطر (quae etiam in Fr. est), si ad propriam vim verbi نأى attendimus, vix, ac ne vix quidem, defendi potest. Legendum esse suspicor ثابت i. e. *ingenia ibi congregata sunt*, *in unum convenerunt*; quâ lectione admissâ, perfectum habemus parallelismum cum sqq. وصارت مجمعا الخ.

—, vs. 15. Fr. فرج كل حزب, quod non probo.

—, vs. 20. Pro وجمهور فى ادب legendum esse puto وجمهورَىْ ادب.

—, vs. 21. Pronuntia رُوّادَه, plur. a رائد a verbo راد يرود.

—, vs. 22. Melius وكلّما.

Pag. 203, vs. 2. Lege: ex illâ dispersi sunt (nempe in caeteras provincias). — Sine dubio est *aquilis* (ut iam suspicatus eram in ann. 37), non *montibus*.

—, ann. 40. De verbo برّح cf. quae dixi in Glossario ad Ibn-Adārī*um*.

Pag. 204, ann. 42. Nomen poëtae est Ḍū-'l-ʿiçbaʿ, non Ḍū-'l-ʿaçbaʿ; vide quae Ibn-Doraid (*Kitābo 'l-ištiqāq* p. ١٦٣ in f. ed. Wüstenfeld) de nominis origine refert. Egit de eo (quod hanc annotationem scribens ignorabam) Cl. Ewald in *Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes* (1840) III. p. 229 sqq., qui etiam versûs, quos hic dedi, edidit (p. 231) additâ versione. In verbis carmini praemissis pro فاحصوا فيه legendum videtur فاحصوا فيها. Quod ad verba ثم باسهم بينهم attinet, aut corrupta sunt, aut aliquid excidit. Fieri potest ut legendum sit ثمّ تساقوا كَأْسَهم بينهم, quae verba occurrunt in poëmate filiae Ḍū-'l-ʿiçbaʿ*i*, quod etiam de Adwānī*darum* interitu agit et ab Ewald*o* editum est p. 233, ubi scilicet exstat versus:

(السريع) حتّى تساقوا كَأْسَهم بينهم بغْيًا فيا للشارب الخاسرِ

De erroribus in Ewald*i* versione tacebo, et meos tantum notabo. In versu 1°. (ubi Ewald*us*, ut hoc tamen obiter dicam, pessime dedit غدير, vertens, nescio quo iure: *Der verrätherische Stamm von Advân*) voces عَذيرَ الحيّ (Fr. habet عذيرى ut Cod. Oxon.) non satis accurate verti. Conferendus est versus in *Dīwāno Hodailī*tarum (p. ٥١ ed. Kosegarten):

(المتقارب) عَذيرَ أُمَيْمَةَ بالمرفض كذى همّة النفس لا تنقضى

ubi commentator : عذيرَكَ اى هَلُمَّ مَعْذرتك منها أَعْذِرْنى منها. Sensus itaque versûs

Dū-'l-'içba:i est: *Tu, si potes, excuses 'Adwānī*darum *tribum* (ego enim eam excusare non possum). Verba كانوا حيّة الارض significant: *quae fortissimis equitibus constabat*, collato 'az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga*: هو حيّة الوادى للحامى حوزته وهم حيّة الارض لدواعيها وفرسانها. In vs. 3°. cum Ewaldo legatur برفع القول i. e. *quando altā vel leni voce loquuntur.* In vs. 5°. recte Ewald pro يحبير dedit يجيز; vertit: *von ihnen solche welche in Lehre und Gesetz den Leuten als Leiter vorangingen* » et in annot.: «Dies bezieht sich auf die Leitung der Pilger bei der Kabah, welche dem «Stamme Advân gehörte» caet.; accuratiora vide apud 'Ibn-'Isḫāq p. ٧٧ sq. ed. Wüstenfeld. — Caeterum de bello civili 'Adwānī*darum* deque eorum interitu v. Ewald p. 230.

Pag. 205, vs. 1—4. Lege: duabus gaudebat nobilibus gentibus et duobus literarum elegantiorum exercitibus. Erant scilicet duae dynastiae, altera Laċmī*dica* altera Ţogaibī*dica*, quarum utraque tractûs oppida urbes reddidit, eiusque incolas auxit. — Annot. 44 deleatur; رُوّاد proprie *illos* denotat, *qui quaerunt pro gente locum consistendo idoneum, aquā et pabulo haud carentem*, et indicat h. l. peregrinos qui se in regna 'Abbādī*darum* et 'Aftasī*darum* conferebant ut ibi habitarent.

—, vs. 5 sq. من بين سابق ومسبوق verti *tum praestantes, tum mediocres*, sed, collato loco ex praefatione (v. huius libri supra p. 45, vs. 3 a f.), potius nunc verterem: *alii citius, alii serius.*

Pag. 206, ann. 48. Deleatur prima pars huius annotationis.

—, vs. 10. Lege: et punctum ex longo tractu.

—, vs. 12—14 et ann. 52. Fieri non potest ut verbum سَمَحَ cum accusativo construatur; deleatur itaque ann. 52. نقدى est in nominativo, et non est *pecunia*, sed infinitivus a verbo نَقَدَ, Gallorum *critiquer;* vide mei libri II, p. 148, ann. 21, et cf. 'al-Maqqarī II. p. ٢٨٩, vs. 5 a f. Vertendum igitur est: *aliorum poëmata, quae ad me pervenerunt, describere, non permisit mea critica facultas.* Ad verbum: *mea critica facultas non adeo liberalis fuit ut describerem* caet. Vult itaque auctor: alios omisi, quia de iis non audivi, alios, quia eorum poëmata nimis mala erant.

—, vs. 17—19. Lege: Fieri potest ut nonnunquam incipiam caet. — quia ita iubet aut iusta orationis series, aut necessarium consilium.

Pag. 207. Recte me dixisse, Codicem Gothanum tertiam partem *non integram* continere, nunc patet ex praefatione (supra p. 53). Desiderantur nimirum in eo tria ultima

capita, quorum primum agit de الاديب ابو عامر بن الأصيلي (sic enim legendum est vs. 11).

—, vs. 7 a f. — p. 208, vs. 4. Cf. p. 429 sq.; sed omne dubium de iis quae in quartâ parte tractantur, nunc sustulit praefatio totius operis; v. supra p. 53. Agit igitur illa de advenis, qui, extra Hispaniam nati, in Peninsulâ aliquamdiu commorati sunt, et de duodecim viris literatis qui in Africâ, Syriâ et 'al-'Irāqo floruerunt et Hispaniam nunquam visitarunt. — Haec quidem pars nondum reperta est, sed haud pauca ex eâ habemus fragmenta, etiam in libris editis, v. c. in 'Ibn-Ċallicāne, in Amari Bibliothecâ Arabo-Siculâ et imprimis in 'al-Maqqarīo. Pleraque ex iis quae hic de Çā'ido retulit (II. p. ٥٣ sqq.), sine dubio ex 'Ibn-Bassāmi quartâ parte desumta sunt [57].

Pag. 208, vs. 9. Pro ايضا B. offert انا, et habet ورؤساء, ut legendum esse conieceram.

—, vs. 10 sq. B. pro من كان عرف habet بمن عرف.

Pag. 209, vs. 6. Pro يقرح restitue ex Codice يَقْدَح; verbum قدح fere idem atque ضَرَّ exprimit; vide meum Glossarium ad 'Ibn-Badrūn*um* p. 102. — Pro يحل Codex habet يخل; ante يحكها vocem لم addo et lego: لا يُخِلُّ بها نِسْبَتُها الى مَنْ لم يَحُكْها, i. e. *eam non mutilabit, ei non nocebit.* Deleatur itaque ann. 56.

—, vs. 7 sq. Ex Codice pro يقص restitue يغص, nempe يَغُصّ. In meis excerptis non فتق scriptum est, sed فتت. Locum igitur sic legendum esse arbitror: وانّما هى مُلَح منثور ومنظوم، ولبسْت بحقائق علوم، فنتكلّف فى صحّة الاسانيد، الخ. Amicissimo de Goeje visum est, فنتكلف reverâ, quamquam non valde distincte, in Codice scriptum

---

57) Patet hoc etiam ex 'Ibn-Ċallicāne, et hac datâ opportunitate versum corrigam qui legitur in 'al-Maqqarīo II. p. ٥٩, vs. 6. In Codd. est:

واعجبْ منها غادة فى سفينة · مكللة تصبو اليها المهاتف

Ego quum ex isto المهاتف nihil efficere possem, legi المهاف, sed hoc frustra explicare studui in annotatione. Fleischer*us* me non felicior fuit; servandam putavit Codicum lectionem المهاتف, sed eam ita explicuit, ut eius observationem silentio praetereundam esse putavi. Et gaudeo me ita egisse, nam nunc veram lectionem reperi, quae latebat in Wüstenfeld*ii* *Additamentorum collectione secundâ* ad 'Ibn-Ċallicān*em* (p. 115). Ibi enim exstat palmaria lectio: يصبو اليها المُهانف, et المُهانف, teste *'al-Qāmūso*, est المُلاعب (iuvenis qui cum puellis ludere et iocari amat).

esse; male vero Codex habet منظوم ومنثور, ut edidi; has voces transponendas esse, docet homoeoteleuton.

Pag. 211, vs. 6. Pro فى غرض كتابه legendum esse puto فى عُرُض كتابه (عُرُض plur. ab عِراض *latus*, *tractus*) i. e. *in variis locis eius libri*.

—, ad *f*. Tres vitas 'Ibn-Ḥazmi edidi in meo Catalogo I. p. 225 sqq.; vide etiam meam *Histoire des musulmans d'Espagne* III. p. 341 sqq.

—, vs. 4 a f. Pro من كتاب الذخيرة legendum esse بكتاب الذخيرة, iam dixi ad 'al-Maqqarīum II. p. IX.

Pag. 212, vs. 4. Lege: Quod vero ad librum '*ad-Ḍakīra* de peninsulâ Hispaniae, auctore 'Ibn-Bassāmo, attinet, non hic idoneus locus est caet. Ann. 59 deleatur. — In fine partis primae, ut iam ad 'al-Maqqarīum dixi, 'Ibn-Bassām permulta ex istâ '*argūza* Abū-Tālibi 'al-Motanabbī descripsit, exili et ieiuno opusculo, cuius utilitas ad historiam cognoscendam nulla est.

—, vs. 10. المحاكمة hic et p. 215, vs. 5 sqq., ita accepi, ut dicantur duo libri ('*ad-Ḍakīra* et '*al-Qalāyid*) *litem agere coram viris doctis*. Et haec significatio re-verâ hic locum obtinet, sed simplicius verti potest *comparatio*. Habeo nunc locum quem spectat 'Ibn-Sa'īd; exstat in libro quem 'al-Ḥigārī inchoavit quemque 'Ibn-Sa'īd continuavit et absolvit. Laudatur in quinto libro secundae partis 'al-Maqqarīi, estque hic: ذكره الحجارىّ فى المسهب الدهرُ من رُوّاة قلائده، وحَمَلَة فرائده،، طلع من الافق الاشبيلىّ شمسًا طبق الآفاقَ ضياؤها، وعَمَّ الشرقَ والغربَ سَناها وسَناؤها،، وكان فى الادب ارفع الاعلام، وحَسَنَةَ الايّام،، وله كتاب قلائد العقيان، ومَنْ وقف عليه لا يحتاج فى التنبيه على قدره الى زيادة بيان، وهو وابو الحسن بن بسّام الشنتريني[58] مؤلّف الذخيرة فارسَا هذا الاوان، وكلاهما قُسّ وسَحْبان،، والتفضيل بينهما عسير الّا انّ ابن بسّام اكثر تقييدا، وعلما مُفيدا،، واطْنابا فى الاخبار، وامْتاعا للاسماع والابصار،، والفتح اقدر على البلاغة مِنْ غير تكلّف وكلامُه اكثر تعلّقا وتعشّقا بالانفس. «De eo ('al-Fatḥo) loquitur «'al-Higārī in '*al-Moshib* his verbis: Ipsum tempus est ex iis qui eius *Monilia* poste-«ritati tradunt eiusque incomparabiles sententias memoriâ tenent. Ortus est ex regione «Hispalensi tamquam sol cuius lux omnes terras illustravit, cuiusque splendor et emi-«nentia communes erant Orienti et Occidenti. Erat in literis elegantioribus signum sum-

---

58) In Codice perperam est الشنتهرى.

«mum inter ea quae viae indicandae causâ erecta sunt; erat beneficium a tempore nobis «datum. Scripsit librum *Qalāyido-'l-ʿiqjān*, quem qui legit non longiore indiget ser-«mone, summam eius praestantiam indicante. Hic et Abū-'l-Ḥasan ʿibn-Bassām ex op-«pido Santarem, auctor *ʿad-Ḋaḱīrac*, sunt summi huius temporis equites; uterque est «Qoss et Saḥbān [59]. Utri palma danda sit, difficile est dictu; attamen ʿIbn-Bassām plura «dat, plenior est utili doctrinâ, fusior in historiis, gratiora offert auribus et oculis, quum «contra ʿal-Fatḥ magis facili eloquentiâ polleat, eiusque sermo magis animis adhaereat »eosque alliciat.» Non sine gaudio hanc comparationem legi, nam eodem fere modo de hisce duumviris iudicavit ʿal-Ḥigārī atque ego feceram p. 213 sq.

Pag. 215, vs. 5—11. Collatis iis quae nunc dixi ad p. 212, haec delenda sunt.

—, vs. 12 sqq. Cf. Vol. II. p. 258.

Pag. 216, vs. 16. Pro *Valentiae* legendum esse *Murciae*, dixi Vol. II. p. 258.

Pag. 217, vs. 3. Pro لنعم restitue ex Codice لها.

—, vs. 4. Pronuntia مَوَادَّهَا, plur. a مَوَدَّة.

—, vs. 15 sq. et ann. 67. Quae in hac ann. dixi, vera non sunt; legatur: licitum putavi hoc describere, quia neminem aperte spectat, et pluribus huius libri locis caet.

Pag. 218. His addenda esse quae de ʿIbn-Ḥaijāne retuli in meâ Introductione ad ʿIbn-Ádārī*um* (I. p. 72—75), dixi Vol. II. p. 259. Decem foliorum caput de hoc summo historico exstat in primo ʿIbn-Bassām*i* volumine, ut vidisti ex Indice (supra p. 47); sed ibi de vitâ ʿIbn-Ḥaijān*is* nihil traditur; continet caput praefationem operis *ʿal-Matīn* et fragmenta tum ex epistolis ʿIbn-Ḥaijān*is*, tum ex eius *ʿal-Matīn*, paragraphos nempe in quibus obitum quorundam virorum commemorat, quorum plerosque acriter perstringit; sed dolendum est, ʿIbn-Bassām*um* in his paragraphis nomina propria omisisse. Initio capitis laudantur quidem ʿIbn-Ḥaijān*is* ingenium et eloquentia, sed magna maledicentia ei exprobratur. Praefationem ʿIbn-Ḥaijān*is* hoc loco edere voluissem, sed textus in Codice tam miserrime depravatus est, ut illud facere non audeam. Video tamen in praefatione auctorem dicere, se per longum temporis spatium historiae operam dedisse, donec perveniret ad infausta illa tempora quibus Berberi omnia perturbarunt imperiumque everterunt. De his nunc scribit, ut recentiores historici in Oriente, veluti Abū-Moḥammed المطمنى (sic), Abū-Becr ʿibno-'l-Gauwāç Qāçī*us* et ʿal-Fergānī [60], scripserunt de Ábbāsī*darum* imperio post annum 300 a Dailemī*tis* Turcisque everso. Non quidem pulchrae et utiles sunt istiusmodi historiae nec cum historiâ vere Arabicâ primis ʿIslām*ismi* tempo-

59) Magni, ut notum, oratores.

60) De ʿal-Fergānī vide meam Introductionem ad ʿIbn-Ádārī*um* p. 34.

ribus comparandae; attamen animum advertit, imperium Arabum tum in Oriente tum in Occidente ab istis Barbaris eversum esse. Ait porro auctor, se primum in animo habuisse, hunc librum non publici iuris facere, sed sibi suisque liberis servare; postea vero ipsi visum esse ut eum dedicaret ·al-Ma·mūno Jaḥjāe ·ibn-Dī-'n-nūn (i. e. regi Toleti).

Pag. 219, vs. 11. Vita Abū-'l-Ḥaggāgi (Jūsofi) ·al-Baijāsī est in ·Ibn-Callicāne, n°. 861 ed. Wüstenfeld.

—, vs. 13. Hoc loco describendus mihi est Codex quem possidet Cl. Mohl. Pertinet hic ad idem exemplar atque Codex Gothanus et habet 263 folia, ex quibus tamen haud plus quam 249 opus ·Ibn-Bassāmi continent. Ultima quae ex hoc habet, sunt hi versûs ex ·argūzā Abū-Tālibi ·al-Motanabbī de historiâ Hispaniae:

فاتّصل الامرُ على النظامِ　　وامتدّ ظلّ اللّه للاسلامِ

وانصرفتْ على العدوّ الكرّةْ　　وأمِنَ الجمْعُ كَأوّلى مرّةْ

فتلك حل الله فى العدوِّ　　تراح فى الرواح والغدوِّ [61]

Fol. 250 r. sqq. sunt quinque capita, quae unde sumta sunt in Codice non declaratur, sed quae statim vidi ex ·al-Fatḥi *·al-Matmaḥ* esse descripta. Sunt nempe capita de ·Ibn-Hānī (*·al-Matmaḥ* Lib. III, c. 2), de ·al-Moçḥafīo (I, 1), de ·Ibn-Farago (III, 3), de ·Ibn-Çahwaro (I, 6) et de Abū-Āmir ·ibn-Maslama (I, 10). Post ultimum caput occurrunt elegiae in ·Ibn-Çahwari mortem, compositae ab ·Ibn-Farag (7 versûs in مِ) et ab Abū-'l-Walīd ·ibn-Zaidūn (14 versûs in رُ); tum duo versûs vacui sunt relicti; tum 18 versûs in ـبيلُ; tum (sine titulo) 8 versûs in ـوعُ; tum (sine titulo) 12 versûs in ـبيلُ; tum, addito غيرها, 14 versûs in نا; tum, iterum addito غيرها, 51 versûs in ـسَامُ (duo versûs in unâquâque lineâ); tum elegia in obitum viri cuius nomen librarius omisit (23 versûs in لَا); tum وممّا كتب به نثرا موصولا بنظم. Fol. 258 r.: وكتب الوزير ابو المُغيرة بن حَزْمٍ الى المظفّر يحيى بن منذر حين عزم على الرحيل عنه،، كتبتُ اطال اللّهُ بقاءك، وادام علاءك،، ووصل عزّك وتأييدك، وتوفيقك وتسديدك،، الخ. Fol. 258 v., vs. 4 a f. aenigma auctore Moḥammed ·ibno-'l-Çahm; historiolae et versûs. Haec igitur omnia ad ·Ibn-Bassāmi opus non pertinent. Occurrit praeterea (fol. 193 v. — 194 v.) caput de Abū-Jaḥjā Rafīo-'d-daula ·ibn-Çomādiḥ, quod etiam ex *·al-Matmaḥo* desumtum est, quamquam nullum huius rei indicium sit in Codice. In aliis locis monet librarius

61) Hic versus corruptus videtur.

(non librarius *huius* Codicis, nam hic indoctus et stupidus erat homo, sed antiquior librarius), se aliquid addidisse quod in 'Ibn-Bassāmi opere non exstabat, ut in capite de 'Ibn-Zaidūno (fol. 103 v.): ولهٗ من رسالة حذف ابو الحسن رحمه الله هُنَا اكثرَها ولم يذكر منها الّا قَطْرَةً من وابل، او نفثةً 62 من سحرِ بابل، وها انا مُثْبِتُها على تواليها، اشارةً بحسن معانيها، واستفادةً مِنْ سَنَا آدابه فيها، الخ. In eodem capite (fol. 111 v.) occurrit poëma, quod 'Ibn-Bassām non descripsit, his praemissis: وممّا اغفل ابن بسّام، من نسيب ابى الوليد الصحيح الاقسام، الخ. Notabilis etiam est hic locus, qui exstat in capite de Ȧbū-Ȧbdo'llāh 'ibno-'l-Biziljānī (fol. 165 r.): وهذه نبذةٌ من كلامه، الواقع من هذا السفر، مكانَ السِّطَة 63 من عِقْدِ البِكْر، جَمَعَها ابو الحسن فى مسوَّدة هذا التاليف، ورايتُه قد المع منها عند التحرير بالنزّ اللطيف، على عادته من ايثار 64 الاختصار واقتضاب ما يتخلص 65 على الانتقاء والانتخاب، وقد رايتُ ان أُخَبِّرَ 66 منها هذه الاوراقَ الّتى بَقِيَتْ بيضا، بما يُخْجِل 67 الروضَ اريضا، ويُزْرِى 68 بالمسك فضيضا، تحفُّظًا 69 بتلك الآثار الكرام ان تعفو، ولحوقا على تلك الانوار الوسام ان تخبو. Ex quo loco patet, librarium illum, qui etiam prosâ ornatiore (sed non purâ et eleganti) utitur, valde antiquum esse.

---

62) In Codice est بعثة, sed legendum est ut edidi; cf. Hoogvliet *Spec.* p. 148, ann. 177; Ȧbdo-'l-wāhid p. ١٢٥, vs. 6; Rasmussen, *Addit. ad hist. Arab.* p. ١٣, vs. 3 a f.; 'al- Harīrī p. ٨٣, ed. 1ae; 'az-Zamacšarī in *Ȧsāso-'l-balāga*: نفث فى العقدة ونفث عليه عند الرقية, et deinde: امرأة نفّاثة سحّارة ورجل منفوث مسحور.

63) In Codice est المطة, tribus punctis literae ط additis, ut indicetur, vocem esse corruptam. Sed vera lectio, ni fallor, dubia esse non potest. Forma quidem سِطَة in Lexico tantum enotata est tamquam infinitivus a وسط, sed credo esse etiam substantivum, idem atque واسطة exprimens, nempe *media et praestantior margarita sive bacca* monilis. Quod si non placet, legatur الواسطة.

64) In Codice est ابّبار.

65) اقتضاب ما يتخلص على significare debet, ut docet sententiae nexus, *resecare id quod superat, id quod plus est quam;* sed istud يتخلص corruptum videtur.

66) Codex اخبر. 67) Codex يحجل.

68) Codex ودزوى (sic). 69) Codex تحفصا.

Caeterum Codex scatet mendis et lacunis, ut Codex Gothanus. Nonnulli loci, sed perpauci, scripti sunt manu quae diversa est ab illâ quae reliqua exaravit. Primum folium desideratur; quod tamen minus dolendum est, quia initium praefationis apud 'al-Maqqarī*um* exstat.

Quod attinet ad Codicem B., qui melioris notae est, sed quem ipse non vidi, scio tantum eum literis Africanis esse exaratum, et subscriptionem hanc esse: كمل القسم الثالث من كتاب الذخيرة، فى محاسن اهل هذه الجزيرة،، بحمد الله وعونه وصلّى الله على مولانا محمّد وآله يتلوه فى القسم الرابع ان شاء الله تعلى ذكر الكُتّاب الوزراء، واعيان الادباء [70] الشعراء،، الوافدين على جزيرة الاندلس والطارئين عليها من اوّل المائة الخامسة من الهجرة الى وقتنا الّذى هو سنة اثنتين وخمسمائة والحمد لله ربّ العلمين. Videtur igitur tertiam partem plene et perfecte exhibere.

§ 1.

Pag. 220, vs. 5. Grammatica postulat المتغلّب.

—, vs. 14. Pro طاعة, legendum est طَلَعَة. Nempe copiae Syriae, quae cum Balg*o* in Hispaniam venerunt, vocantur طَلَعَةُ بَلْجٍ (ut quoque legendum est ex 'al-Maqqarī*o* in mei libri Vol. II. p. 158, vs. 6, et in Vitâ 'Ibn-Ġobair*i* ex 'Ibno-'l-Ċatīb, quam dedit Wright p. ٢, ubi male طالعة), vel طَوالِع بلج (in mei libri Vol. II. p. 208, vs. 5). Utrumque est plur. a participio طالِعٌ (a طلع *accessit* regionem) et significat *advenas*.

—, vs. 6 a f. Deleatur tešdīd in طُشّانة.

Pag. 221 et ann. *a*. Nequaquam dubito quin lectio الجراثيم (quae etiam in Fr. est) servanda sit, ita ut haec vox in universum *terras* designet, Cf. v. c. huius paginae vs. 10.

—, ann. *h* deleatur, nam Codex habet وقعوا, ut etiam Fr.

—, vs. 11. Wright dicit in Codice esse واجمع; in Fr. videtur واجتمع exstare, nam de Slane h. l. nihil notavit; sed وأَجْمَعَ melius est.

—, vs. 13. Lege صاحب. *

70) In Codice est الادبا.

Pag. 221, vs. ult. Lege المُشَبَّه et cf. ad versionem h. l.

Pag. 222, vs. 1. ببلاد, ut emendavi, est in Fr.

—, vs. 5. Lege سبق فى علم أُمّ الكتاب. Fr. habet امّ; Wright hîc nihil annotavit, sed in meo apographo Codicis Oxon. video me, locum describentem, iam dubitasse an non ام ibi scriptum sit pro isto اثى, quod edidi. Caeterum vide infra ad p. 230.

—, vs. 6. Pronuntia وتُروى in passivo.

—, vs. 7. Suspicor ante علق particulam أنْ inserendam esse (الى ان علق ذلك).

—, vs. 9. Restitue وقصد ex Codice.

—, vs. 10. Difficultatem iam indicavi p. 231, ann. 32. Legendum esse suspicor لآماد محدودة, nam أَمَد plur. habet آماد, ut in de Sacy *Chrest. ar.* II. p. 298, vs. 1 t. a. — Sequentia sic pronuntianda sunt: لتتحدّث على يديه الأنباء البديعة.

—, vs. 11. Haec alio modo pronuntianda sunt; vide infra ad versionem h. l. (ad p. 231).

—, vs. 12. Pro تقليد in meo apographo erat تغليل, quod mendum esse putabam, a me commissum, sed Wright certiorem me fecit, تغليل reverâ in Codice scriptum esse, et eadem vox est in Fr. Legendum est igitur: وتساعوا فى ذلك تبيه تغليل، سخر منهم اهل التحصيل». Quâ lectione admissâ, statuendum est, ni fallor, غلّل hîc idem esse atque غلّ, nempe *ingressus fuit*, *penetravit per media* (deserta).

—, vs. 16. Servanda est (ut dixi Vol. II. p. 259) Codicis lectio ثقاتهم, quae etiam in Fr. est.

—, vs. 17. Pronuntia خلّافه.

—, vs. 19. Hic locus valde est corruptus. Collato loco Qorān*ico* Sūr. 90, vs. 12—15, quem Ibn-Ḥaijān ante oculos habuisse videtur: وما أدراك ما العَقَبَة، فكّ رَقَبَة، او اطْعام فى يوم ذى مسغبة، يَتيمًا ذا مقربة، , certum est, ni fallor, pro الايام legendum esse الأَيْتام. Restat istud وكرة, quod idem fere exprimere debet atque واطعام. Lego itaque وكفْل, collato hoc versu Abū-Tammām*i*:

(الكامل) وتكفّل الأيتامَ عن ابائهم   حتّى وَدَدْنا انّنا أيتامُ

—, vs. 4 a f. Pro isto نكد, quod sine dubio bonum non est, Fr. habet زوج, quod

ferri nequit. In Codice, teste Wright, est بدوّ cum puncto inter duas primas literas. Legendum puto بَذْرِ.

Pag. 223, vs. 1 sq. Potius كما وَصَفَ (nempe 'Ibn-Ḥaijān). — Bis ego hîc perperam ك pro ق scripsi. Codex habet: اذكى من قاس وقّاد (in Fr. est: اذكى مَن قادر وَقّاد). Hoc sensum non praebet, sed quum alterum sententiae membrum sit: وأَدْهَى مَنْ أَتْهَمَ وأَنْجَدَ (sic enim pronuntiandum est), lego, ut homoeoteleuton existat: أَذْكَى مَنْ قَاسَ وقَادَ، وأَدْهَى مَنْ أَتْهَمَ وأَنْجَدَ«. Versionem infra dabo. — Pro فيَحْسَبُ, quod durum est, lege فتَحْتَسِبُ.

—, vs. 8. البيوتات, ut edidi, est in Fr.

—, vs. 10. Pro قديره, quod defendi vix potest, Fr. habet وزيره, et sic lego.

—, vs. 12. Textus quem dedi bonus non est, sed quid legendum sit non perspicio. Codex habet: طود اصالته وجنبى بسالة; Fr. طود اصابته وجنى بسالة.

—, vs. 16. Pronuntiandum esse آفاتُها, dixi Vol. II. p. 259.

—, vs. 17. Meum ولفاء bonum non est, sed nescio quid legendum sit. ونفا est etiam in Fr.

—, vs. 3 a f. Ex Cod. et Fr. legatur وانصدع, i. e. *apparuit*, ut dicitur انصدع الفَجْرُ ('az-Zamaćšarī; infra in mei libri Vol. II. p. 87, vs. 4).

—, vs. ult. In Codice est: فرعمته النّهايةُ وهيض جناحه, et Fr., praeter vocales, easdem habet lectiones. Legendum igitur est: فَزَعْمَتْه النّهايةُ وهِيضَ جناحُه; cf. ad versionem h. l.

Pag. 224, vs. 2. Pro يحرّص in Fr. est يحرّض cum ض, quod fortasse melius.

—, ann. *a*. In Codice est scriptio defectiva اثر الاثرا; in Fr. عاثر عاثارا.

—, vs. 4 et ann. *b*. Restitue Codicis lectionem منه, quae etiam in Fr. est, et vide infra ad vers. h. l.

—, vs. 5. Restitue مَعاقها ex Cod. et Fr.

—, vs. 7. وشدّ, ut emendavi, est in Fr.

—, ann. *e* deleatur, nam جملة est in Cod. et in Fr.

—, vs. 9. In verbis سالت عن اهل البلاد سيول بها istud عن, quod etiam in Fr.

est, ferri non potest. Lego على ut supra p. 52, vs. ult.: سال عليه سيلُها. Az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* habet phrasin: سالَتْ عليه الخَيْلُ et versum:

(البسيط) سالَتْ عليه شعابُ الحيّ حين دعا أَنْصارَهُ بوجوهٍ كالدنانيرِ

Pag. 224, vs. 13. Deleatur interrogandi signum post باقرين, nam sana est haec lectio; cf. ad versionem huius loci.

—, vs. 15. Fr. pro isto تحيّز habet تحير; sed ego male de perfectis cogitavi; sunt aoristi, et locus sic legendus est: طائفةٌ عند ابن الافطس تُقاوِمُ اصحابَها قبَلَ ابن عبّاد؛ «وطائفةٌ عندنا بقرطبة تُجيرُ أَهْلَها عن الأَضْداد». Unum tantum dubium mihi restat, nempe quod ad تقاوم attinet. Wright hîc nihil annotavit; sed in meo apographo scripsi, Codicem aut تقارع aut تقارم habere, quod non commemoravi quia perperam de perfectis cogitabam. Quodsi igitur quarta litera ر est, aeque bene hîc تُقارِعُ legere possemus. Caeterum sensus idem est, sive تقارع legamus, sive تقاوم.

—, vs. 4 a f. et ann. *f*. Emendationem meam confirmat Fr.

—, vs. ult. et ann. *g*. Restitue lectionem Codicis هَذَّبَتْهُ, quae etiam in Fr. est. Verbum هَذَّبَ, quod in Freytagii Lexico non perspicue explicatur, est *purum reddidit*, et etiam *edocuit*, *erudivit*, *polivit*, ut هذّب النفسَ بالعلوم in Wüstenfeld*ii* 'Ibn Ćallicāne *Additament. Collect. secunda* p. 38; 'Ibn-Ġobair p. ١٣٣ de Arabibus campestribus: لا هَذَّبَتْهم السيرُ المدنيّةُ; ·az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub جرن): رَجُلٌ مجرّنٌ ومنجّدٌ قد هَذَّبَتْهُ الامورُ وشذّبَتْهُ; cf. ·al-Maidānī II. p. 738, n⁰. 574 ed. Freytag; hinc رجل مهذّب (الملك المهذّب *Noct. Arab.* I. p. ١٠, vs. 7 ed. Macnaghten) est, ut legitur in ·al-Qāmūso, مطهّر الاخلاق; cf. تهذيب خلق *indolis puritas*, *probitas*, apud 'Abdo-'l-wāhid p. ٩٣, vs. 8. Forma 5ª est passivum 2ªᵉ, sed saepe est *bonos elegantioresque mores didicit*, ut in loco 'Ibn-Batūtae, ubi de Arabe campestri dicitur: تَأَدَّبَ وتَهَذَّبَ; ·al-Maqqarī II. p. ٣٥٨: قرأ مع ابى جعفر بن سعيد وتهذّب معه. Apud ·az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga*: هذّبْتُهُ فتهذّبَ وايُّ الرجالِ المهذّبُ (ad ultima verba, quae proverbium sunt, cf. ·al-Maidānī I. p. 29).

Pag. 225, vs. 3. Istud مَقَرّ nihili est. Lego: وابن الافطس مُصِرٌّ الغدرِ به. Dicitur

enim مُصِرٌّ الشىءَ haud minus quam مصرٌّ على الشىء. Aliud exemplum est in versu qui exstat apud 'Abdo-'l-wāhid (p. ٢١٥):

(الخبب) حَكَمَتْ اسيافك سيّدنا فى كلّ مُصِرِّ الكُفْرِ مُسِى

Imperium exercuerunt gladii tui, domine noster, in unumquemque qui in incredulitate perseverat, sceleratum.

Pag. 225, vs. 4. Meum تعدّد non melius est quam تعدد Codicis (quod etiam in Fr. est), neque istud تعوّد ferri potest. Nullus dubito quin locus sic legendus sit: بادَرَ بجميع رجالِ ثَغْرِه ورصده فى شِعْبٍ ضَيِّقٍ فى طريقِ قُفُولِه ولم يعلم الخ

—, vs. 7. Pro بذمائه lege بِذَمائه; vide infra ad p. 240, ann. 80.

—, vs. 9. Pro بهما legendum esse puto بها (i. e. بالحادثة الشنيعة).

—, ann. *b*. Cf. Vol. I. p. 430.

—, vs. 12. Potius pronuntiarem يُزْهِرُ (est igitur 'iqwā') *florens* iasminum.

—, vs. 13. Legendum esse للجبال, ut etiam 'al-Maqqarī habet; dixi in huius scriptoris editione II. p. ٥٩٤, ann. *c*.

—, vs. 5 a f. Lege مطرف*.

—, vs. 2 a f. Lectionem 'Ibn-Bassāmī وحقّقت nunc praefero.

Pag. 226, ann. 4 delenda est, nam passiva significatio etiam hìc locum obtinet.

—, vs. 2 a f. Legendum esse: habitabat 'al-Ārīsī, qui locus ad territorium Emesae pertinebat et situs est caet., dixi Vol. II. p. 259.

Pag. 227, vs. 1. Lege: Tošēnae.

—, ann. 9. Liber de quo hìc dixi (*Repartimiento* caet.) editus est a Paulo de Espinosa in *Historia y grandezas de la gran ciudad de Sevilla* (Sevilla 1627 et 1630), segunda parte, fol. 1 v. sqq. Locus ille qui in Codice Musei Britannici vocatur *Torconina*, in Espinosae editione vocatur *Corcobina;* sed fieri non potest ut sit Jaumīn, nam additur: « que es en termino de Sanlucar. » Vicum Jaumīn nunc frustra quaereremus; itaque tota haec annotatio deleatur.

—, vs. 4 sq. Legendum esse: et princeps erat cum ćalīfatûs tempore, tum tempore belli civilis, dixi Vol. II. p. 259.

—, vs. 5 sq. Dubito an hìc recte verterim, nam ex reliquorum auctorum testimonio Qāçīus non ab opibus colligendis se abstinuit, sed multas opes collegit. Accedit quod أَيْسَر in verbis وكان أَيْسَرَ مكوّر بالاندلس وقّته non potest esse superlativus a يَسِير, nam

'Ibno-'l-Abbār hanc phrasin simplicius sic dedit : وكان أَيْسَرَ مَنْ بالاندلس وقته. Suspicor igitur ايسر esse superlativum a substantivo يَسَار opulentia derivatum, atque itaque significare *ditissimum*. Participium مكوّر hic idem denotat atque مُعَمَّم et متعمّم, nempe *iurisconsultum et theologum*, quia scilicet in Hispaniâ hi soli cidarim gerebant. Quibus admissis, sensus oritur hic, qui loco optime convenit: Erat ditissimus sui temporis iurisconsultus in Hispaniâ.

Pag. 227, vs. ult. Lege: suoque iumento vectus, difficillimas terras peragravit.

Pag. 228, vs. 8. Pro *muneris* lege *moliminis* vel *negotii*, ut dixi Vol. II. p. 259.

—, ann. 16. Cf. Vol. I. p. 355, ann. 167, et alia exempla quae dedi in *Zeitschr. der Deutschen morgenl. Gesells.* XVI. p. 595.

—, vs. 11 sq. et ann. 17. Lege: ita ut opes suas perderet, ipsi vero suas sibi servarent. — Annotationi 17 substituatur haec: Quodsi nempe Ḥammūdī*dae* Hispali essent potiti, opes rebellium confiscassent. Cf. Vol. II. p. 259.

—, vs. 12. Verba وهو يشترى بذلك انفسهم ولا يشعرون ex locis Qorān*icis* conflata sunt.

Pag. 229, ann. 24. Pronuntiatio المُشَبَّه, partic. pass., unice probanda est. In primo loco 'an-Nowairī*i* quem laudavi est شُبّه. Cf. Kosegarten *Chrestom.* p. 147: ونظرتُ فاذا رجل شَبَّهْتُه بجَميلٍ ودنا فاثْبَتُّه فقلْتُ أَجَميلٌ قال اى والله ✿

—, vs. 5 a f. et ann. 25. Quodsi lectio قاهرة servanda videtur, locus vertendus est ut feci; sed nescio an non legendum sit قاهره *se ex manibus Solaimān*is, *eius oppressoris, effugisse.*

—, ann. 26. Hanc explicationem, cui aliam substitui in Glossario ad 'Ibn-Badrūn*um* p. 102, bonam tamen esse, probant verba 'az-Zamaćšarī*i* in *Asāso 'l-balāga* (sub قدح): يقال قدح فى نسبه وفى عرضه وقدح فى ساقه وهو مستعار من وقوع القوادح فى ساق الشجرة ✿

Pag. 230, vs. 3 sq. Lege: suum attigit scopum propter decretum, ab aeterno tempore in Dei tabulâ constitutum. — Verba أُمّ الكتاب sunt ex *'al-Qorāno* 43, vs. 3, et significant اللوح المحفوظ, qui est أَصْلُ الكُتُبِ السماوِيَّة, ut habet 'al-Baiḍāwī (p. ٢٣٥ ed. Fleischer).

—, vs. 4 sq. Lege: Nonnulli ex eius asseclis eum mortuum esse annuntiabant, sed simul hac de re historiae narrabantur caet.

Pag. 230, ann. 30. Primus locus 'Ibn-Ḥaijānis quem hic laudavi, desideratur in Cod. B. In altero hic easdem habet lectiones, nisi quod pro الاصناف offert الاخلاط; sed in versione pro: *se recepit in tutelam ditionis Āmirī*darum, legendum est: *prae se tulit, se in clientelā Āmirī*darum *esse*. Verba quae in parenthesi sequuntur, delenda sunt.

Pag. 231, vs. 1, et ann. 31. Lege: ibi venisse ad quodvis caet. Ann. 31 deleatur.

—, vs. 3 sq. Pro: quia — erant, lege: ut per eum res praeclarae acciderent.

—, vs. 4—6 et ann. 34. In postremis verbis annotationis Codex B. habet البيتوتات, sed legendum est البيوتات. Tota vero haec annotatio delenda est, nam دَيْنُونَة est infinitivus a verbo دان يدين, ut شَيْخُوخَة est infinitivus a verbo شاخ يشيخ, et بَيْنُونَة a verbo بان يبين. Desideratur hic infinitivus in Lexico, sed exstat in *Kitābo'l-alfāẓ* (MS. 1070 fol. 61 r.): أَذْعَنَ واستقاد ودان له دَيْنُونَة. Locus igitur sic vertendus est: De eius reditu certiores facti (تُسُمِّعَ in passivo), homines se credulos et viles praebuerunt, ut asseclis mos est (دَيْنُونَة الشيعة).

—, vs. 5 sq. Collatis iis quae ad textum dixi, haec sic emendanda sunt: hac in re erant ut illi qui in vasta et ignota deserta penetrant, sed eos ludibrio habebant viri solertes. — Ann. 35 itaque deleatur, et cum اهل التحصيل cf. ذوو التحصيل apud 'Abdo-'l-wāḥid p. ١٩٣, vs. 7.

Pag. 232, vs. 1—3. Lege: innuerat enim 'Ibn-'Abbād iis ex earum numero quibus confidebat, qualem ab iis de eo (Hišāmo) declarationem exspectabat; quo factum ut ei obloqui nollent, sed contra ei morem gerere cuperent.

—, vs. 7 sq. Lege: servis manumittendis, orphanis alendis, et bello sacro eius nomine gerendo. — Ann. 37 et 38 deleantur. Incitabat 'Ibn-'Abbād reliquos principes ut bonis operibus Dei favorem assequerentur, quo iis opus erat ut Hišāmi causa victrix evaderet.

—, vs. 9. Pro *senatūs praesidem* legendum esse *totius populi* (Hispaniae) *'imāmum*, dixi Vol. II. p. 259.

—, vs. 10. Pro *creaverunt* lege *miserunt*, et ad ann. 39 cf. Vol. I. p. 430.

—, ann. 40 deleatur; v. ad textum h. l. supra p. 78 sq.

—, vs. ult. Pro: *si famam sequimur*, lege: *ut illum descripsit* (nempe 'Ibn-Ḥaijān).

Pag. 233, vs. 1—3. Collatis iis quae nunc ad textum dixi, locus sic vertendus est: Erat ingeniosissimus omnium qui (mactandum animal) securi percutiunt et (eius carnem) assant; astutissimus omnium qui in inferiores et superiores provincias eunt (*i. e. omnium*

in universum) ; capiebat rem, quam missam facere (*vel* deponere) videbatur; volabat, dum putabas eum (in arbore ut avis) consedere. — Ann. 43 deleatur.

Pag. 234, ann. 51. Cf. infra Vol. II. p. 132, vs. 3.

—, vs. 3. Pro *pari* lege *wezīro*.

Pag. 235, vs. 1. Ann. 55 delenda est, sed textus hîc corruptus videtur.

—, ann. 56. Vide etiam p. 271, ann. 75.

—, vs. 7. Legendum esse: propter bellum contra Berberos, dixi Vol. II. p. 259.

Pag. 236, vs. 1 sq. Pro: insignem — tecta, lege: bene expansa esset et magnam provinciam haberet. — خطّة enim hîc *provinciam* denotat, ut in Vol. II. p. 163, vs. 3.

—, vs. 2 et ann. 59. Legendum esse: *Noxam passum erat illud antiq.* caet. et ann. 59 delendam esse, dixi Vol. II. p. 259.

—, vs. 17 sq. et ann. 60. Restitutâ Codicis lectione فزعمته النهايةُ, ann. 60 delenda est. Verba زعمْته النهايةُ significant *rerum exitus dubiis verbis cum eo locutus est*, i. e. nesciebat, qualis rerum exitus foret, collatâ definitione ·az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga*: زعم فلانٌ ان الامر كيت وكيت اذا شَكَكْتَ انّه حقٌّ او باطلٌ واكثر ما يستعمل فى الباطل. Locus igitur sic vertendus est: Haec incursio ·Ibno-'l-Aftas*um* summo dolore affecit; maxima fuit miseria, ita ut de bono rerum exitu valde dubitaret, et praeterea fracta erat eius ala filii captivitate.

—, vs. 5 a f. sq. Accuratius (nam قطبُ est appositio et كثيراً pendet a كان): ·Ibn-Ābdi 'llâh Carmonae, qui erat quasi axis molarum belli civilis, saepe caet.

—, vs. ult., p. 237, vs. 1—3, et ann. 62. Haec ann. delenda est, nam منه, ut nunc restitui, non ad طمع pertinet, sed ad ارتفع, quod verbum non recte interpretatus sum. Locus sic vertendus est: Tunc evanuit spes, quam Wezīr*i* Cordobae, qui hanc urbem administrabant, de eo foverant, quandoquidem ille (Qāçī*us*) non cum iis consentiebat in consilio quod habebant, ut quendam ex ·Omaija*darum* gente iterum Ćalīf*am* constituerent; valde enim abhorrebat imperii unitatem; unice studebat caet.

Pag. 237, ann. 63. Lege: مَعَاقٌ est nomen loci a verbo عاق يعوق.

—, vs. 4 sqq. Lege: cupiebat ut illa (Cordoba) fieret exemplum, Hispali ad imitandum propositum, eâ scilicet in re ut illa (Cordoba) suam administrationem conferret in principem quendam virum ex ipsius civibus; volebat Qoraiši*tas* ab ipsorum imperio repellere, nam ·imām*atum* prorsus abrogare volebat, firmum propositum ei erat ut imperium inter plures divideretur, et sic Dei iussui se opponebat. — Phrasis فى اسنادها الى رئيس من اهلها idem exprimit atque فى إسناد أمرها الى رئيس من اهلها, ut in alio loco

'Ibn-Ḥaijān*is* (apud 'Ibn-Bassām MS. Goth.): أَسْنَدوا امرهم الى نفرٍ من مشيختهم.

Pag. 237, vs. 13. Lege: per quam torrentes in regionum incolas fluxerunt (i. e. a quâ maximas calamitates passi sunt incolae).

—, ann. 66. Cf. Vol. I. p. 430.

Pag. 238, vs. 2 sq. et ann. 67. Pronuntiandum est كُلَاهَا; est كُلًى plur. a كُلْيَة *ren*, et باقِر est *opibus abundans*; 'az-Zamaćšarī in *Ásāso 'l-balāga*: وتبقّر فى العلم والمال توسّع وهو باقِر. Verte igitur: iucunde edere harum renes, opibusque abundare, harum segmenta hepatis possidentes.

—, ann. 68. Cf. Vol. I. p. 430.

—, vs. 6—8 et ann. 69. Textus, quem nunc emendavi, sic vertendus est: Etenim illa cohors, quae apud 'Ibno-'l-Aftas*um* erat, pugnabat contra illam quae erat apud 'Ibn-'Abbād*um*, et tertia, quae apud nos Cordobae erat, huius populum contra hostes protegebat. — Ann. 69 deleatur; est enim 3ª forma, non 6ª.

Pag. 239, vs. 6—8, et ann. 74. Hac annotatione deletâ, legendum est: Tunc itaque ad patrem qui Badaioci erat, pervenit, quem calamitas, quam passus erat, erudiverat, ita ut eius mentis facultates nunc perfectae essent, eiusque prudentia firma esset facta. — De verbo هذّب nunc dixi ad textum h. l.; de ادوات cf. Vol. II. p. 29, ann. 2.

—, vs. 11—14, et ann. 77 et 78. Collatis iis quae nunc ad textum dixi, hae annot. delendae sunt. Versio sic corrigatur: sed quum 'Ismā'īl iam longe in huius terram penetrasset, Galliciam petens, 'Ibno-'l-Aftas, qui adversus eum dolum machinabatur, properanter profectus est cum omnibus militibus marcae [71] suae eique insidiatus est in angustis montium claustris, quae erant in viâ quam rediens sequebatur.

Pag. 240, ann. 80. Phrasis hîc obvia est نجا بذمائه, cum ذ, non cum د; vide 'az-Zamaćšarī in *Ásāso 'l-balāga* sub ذمى, et cf. phrasin أَفْلَتَ بحشاشته, cuius duo exempla exstant apud de Goeje *Mémoires d'histoire et de géographie orientales* I. Append. p. vi; 'Ibno-'l-Áṯīr VIII. p. ۴۰۲ et XI. p. ۱۴۹ ed. Tornberg: نجا بحشاشة نفسه.

—, vs. 4 a f. Legendum est: *sibi pro iumento sumsit montium fastigium*, et delendae sunt ann. 81 et 82, ut dixi in 'al-Maqqarī*i* editione II. p. ٥٩۴, ann. *c*.

Pag. 241, vs. 6—10. Primum hemistichium versûs primi coniungendum est cum versu tertio. Versio itaque sic corrigenda est:

---

71) Hoc infimae latinitatis vocabulum plane respondet voci ثغر, quâ semper utuntur Arabes ad ditionem 'Aftasīd*arum* indicandam.

Vides supra ramos floridi iasmini silvestris (dum nubium aquâ nutritur,
Eumque in eius hortis eius folia obeunt (حُقِّقْتُ), quorum unum eodem modo atque alterum scissum est, ita ut plane aequalia sint)
Flavos hyacinthos qui, compositi et ordinati supra ramos ex smaragdo factos, micant splendente sole.

Annot. 86 et 87 deleantur. قُضْب (pro قُضُب ex licentiâ poëticâ) est a sing. قضيب. Cf. versus apud ʿIbno-ʾl-Abbār (in meis *Notices* p. 235), in quo de rubris floribus (الشقائق), foliis circumdatis, sermo est:

(الكامل) فكأنّها قُضُبُ الزمرّد أُلْحِقَتْ بالمسك فيها اكْؤُسُ العقيانِ

Vide etiam versum qui exstat apud Mehren *Die Rhetorik der Araber* p. ٩ vs. 1 sq. et p. 20 in f. (vel in meo Catalogo I. p. 132), et versum in *Maʿāhido ʾt-tançīç* (MS. 38 p. 188, MS. 695 fol. 72 v.):

(الخفيف) كُلُّنا باسطُ اليَدِ نَحْوَ نيلوفرٍ ندى
كدبابيس عسجدٍ قُضْبُها من زبرجدِ ✿

Huic paragrapho ex primo ʿIbn-Bassāmi volumine duos locos addendos habeo, quorum alter exstat in capite de Abū-Becr ʿObāda ʿibn-mā.i-ʾs-samā.i (fol. 128 v., 129 r.). Est hic:

قالَ ابن حيّان [a] ثمّ فرّ يحيى بن علىّ ايضا عن قرطبة الى مالقة امام البرابرة وجىء بعمّه القاسم بن حمّود الى قرطبة كَرّتَه الاخرى الّتى عَقَبَ [b] ابن اخيه يحيى بن علىّ فى ذى القعدة سنة ١٣ فتكنّف سريرَه أَغْمارُ الناس من البرابرة وخرجوا لقتالهم سنة ١٤ على نظام مِسرودٍ فانهزموا وقُتلوا قتلا ذريعا فارتحلوا عن قرطبة * ودخلوا القنبانية [c] وشذونة وغيرهما من الكور وٱنْتَبَذَتْ من الهزيمة طائفة من صعاليك القبائل والفاف البطون والتقوا بالقاسم يرجون به كَرّةَ الدولة فدعوه الى الرجوع الى اشبيلية وكان خلّف بها ولدَه محمّد بن القاسم مع وزيره محمّد بن خالص فصار بجماعته [d] تلك يؤمُّها واذا بخبر هزيمته قد سبقه اليها فخاف اعلُها مَعَرّةَ مَنْ معه فوثبوا على ولده واصحابه وحصروهم بدار الامارة واحاطوا به ووقع بينهم قتال شديد فوافَى القاسمُ بابَ اشبيلية بمن معه ولاطَفَهم فى القول وطمع [e] خديعتهم

---

a) In Codice hîc parva est lacuna, sed nihil desiderari videtur. b) Cod. اعقب. c) Cod. وخلوا انفاسانة. d) Cod. بجماعة. e) Cod. وطبع.

فلم يُصْغوا [a] اليه واشتدّ الامر على ولده ورجاله فرَضِىَ من اهل البلد باسلامهم جميعا اليه موفورين بماله واهله فعاقدوه على ذلك فخرج * اليه ولده [b] محمد واهله ودخل بهم الى شريش ولم يَدَعْ مع ذلك السعى فى الفتنة * على يحيى ابن اخيه [c] صاحب الدولة وكانت آفة القاسم باشبيلية من قِبَلِ ثقته محمد بن زيرى بن [d] دوناس [e] اليفرنى ..... [f] زعيمهم القاضى محمد بن اسماعيل بن عبّاد واطمعه فى امارة البلد بعد رَفْعِ [g] القاسم فاغترّ بقول ابن عبّاد وعاقده على ذلك فاعان اهلَ اشبيلية على قتال محمد بن القاسم فلم يكن لاصحابه بعدُ نظامٌ وخرجوا من البلد ومَلَكَهُ أَهْلُهُ فوثّبهم ابنُ عبّاد زعيمُهم بالغادر محمد بن زيرى فخرج وصَفَتْ اشبيلية من البرابرة وآلَتْ حالُ القاسم بعدُ مع ابن اخيه يحيى الى ان حاربه بشريش وحاصره عشرين يوما [h] كانت بينهما [i] فيها حروب صعاب قتل الله فيها من الفريقين امّةً وأَجْلَتِ الحربُ عن قهْرِ يحيى لعمّه القاسم وحمله مقيّدًا الى مالقة اسيرا وقبض على حُرّته اميرة القرشيّة وسائر حرمه وولده واسبابه بعد نهب وانتهاب بجماعتهم لم يقدر يحيى على [k] تخليصهم منه لِتَلَظّى الحربِ وكان يحيى اوّلا فى حلف مع محمد ولد عمّه القاسم فنزلا [l] على اشبيلية مُحارِبَيْنِ [m] لابن عبّاد فلما [n] انْجَلَتِ [o] الحربُ وقع يحيى على نَكْثٍ لعمّه القاسم فقبض على ابنه محمد وقيّده وبعث به الى قصبة مالقة وحينئذ عمد الى شريش لعمّه فبلغ فيه ما وصفناه ✡

Ait ʾIbn-Ḩaijān : Deinde etiam Jaḩjā ʾibn-ʿAlī, relictâ Cordobâ metu Berber*orum*, Malagam fugit [72]. Tunc eius patruus, ʾal-Qāsim ʾibn-Ḩammūd, secundâ vice, post patruelis Jaḩjā ʾibn-ʿAlī discessum, Cordobam adductus est mense Ḍū ʾl-qaʿda anni 413; sed

---

a) Cod. يصعدوا. *b*) Cod. ابنه وولده. *c*) Cod. على ان يحيى اخيه. *d*) Cod. من. *e*) Cod. درناس; sed tale nomen proprium apud Berber*os*, ni fallor, non exstat; Dūnās contra apud eos frequens est. *f*) Quid hic legendum sit, non perspicio; Codex, literis Africanis exaratus, habet فبدح vel فبدم, quod igitur foret قبدح vel قبدم. *g*) In Codice est وقع, sed legendum est ut edidi. Verba رفع et وقع saepe a librariis confunduntur, et رفع hic et apud ʾIbn-ʿAḏārī (I. p. ٢٢٧, vs. 5) est per ellipsin pro رفع المحلّة (apud Petrum de Alcala *descercador* رافع المحلّة, *descerco* رفوع المحلّة). *h*) Cod. addit ما; nihil est nisi repetitio ultimae syllabae vocis يوما. *i*) Cod. بينهم. *k*) Cod. عن. *l*) Cod. فنزلا. *m*) Cod. محارس. *n*) Cod. فلما. *o*) Cod. انحلت.

72) De rebus quae hic tractantur vide meam *Histoire des musulmans d'Espagne* III. p. 332 sq.; IV. p. 7 sq.

huius ministri erant viles homines ex Berber*is*, et anno 414 populus Cordobensis, agminibus ordinatis, Berber*os* aggressus est, qui fugam arripuerunt quorumque permulti interfecti sunt. Relictâ Cordobâ, se contulerunt in Campaniam [73], Sidonam aliasque provincias; sed nonnulli pauperes ex variis tribubus, ex diversis gentibus miscella turba, se a reliquis fugientibus seiunxerunt seque ad 'al-Qāsim*um* contulerunt, sperantes eo auctore Ḥammūdī*darum* imperium restitui posse. Hi eum incitarunt ut Hispalin reverteretur, in quâ urbe filium Moḥammed*em* cum wezīro Moḥammed 'ibn-Çāliḥ reliquerat. Igitur Hispalin versus cum iis profectus est; antequam vero eo perveniret, iam ibi pervenerat nuntius de eius clade, et cives, qui noxam eius militum timebant, insurrexerunt contra eius filium asseclasque, et hos in palatio, quod cinxerunt, obsederunt, quâ opportunitate acriter pugnatum est. Quae quum ita essent, 'al-Qāsim cum suis ad urbis portam venit. Civibus bona verba dedit, eos decipere cupiens; sed cives ei aures non praebuerunt, et quum interea eius filius et asseclae in magno periculo versarentur, tandem civibus se abiturum promisit, si eos ad unum omnes, simul cum opibus totâque familiâ, ipsi tradere vellent. Hac conditione cum eo pactum inierunt; quo factum est ut eius filius Moḥammed totaque eius familia se ad ipsum conferrent. Cum his oppidum Xeres intravit, sed nihilominus non cessavit imperatori Jaḥjā, fratris filio, molestias concitare.

Causa infelicis exitûs quem 'al-Qāsim*i* res Hispali habuerunt, imprimis quaerenda erat in viro cui confidebat, nempe Moḥammed 'ibn-Zīrī 'ibn-Dūnās, ex tribu Iforen [74]. Hunc cupidum reddidit primarius civitatis vir, Qāḍ*ius* Moḥammed 'ibn-'Ismā'īl 'ibn-'Abbād, ut, post 'al-Qāsim*i* discessum, urbis imperium adipisceretur. Berber*us* ille se 'Ibn-'Abbād*i* sermonibus decipi passus est; pactum cum eo iniit et civibus Hispalensibus opem tulit, cum Moḥammed*e*, 'al-Qāsim*i* filio, dimicantibus, eo eventu ut huius sociis non amplius cohaerentia esset, utque urbem relinquere deberent, quae in civium potestatem devenit; sed tunc eos irruere fecit [75] 'Ibn-'Abbād, civitatis vir primarius, in perfidum illum Moḥammed 'ibn-Zīrī. Etiam hic ex urbe exiit, a quo inde tempore Hispalis a Berber*is* libera fuit.

Exitus belli quod 'al-Qāsim contra fratris filium Jaḥjā gerebat, hic fuit: Jaḥjā pa-

---

73) *La campiña.*

74) Sic hoc nomen tribûs Berbericae pronuntio, non *Ifren*, ut fecit de Slane in versione 'Ibn-Çaldūn*i*. 'As-Sojūṭī in *Lobbo 'l-lobāb* pronuntiare iubet يُفُرن *Jeforen.* Prima syllaba est *i*; *je* tantum forma est Arabica; sed secunda syllaba est *fo* vel *fu*, nam Corippus, qui saeculo sexto Iohanneidem composuit, scribit *Ifuranes* (solus qui innotuit Codex habet *Ifuraces*, quod de Slane iam correxit).

75) Haec significatio 2ae formae verbi رتّب Lexico addenda est.

truum in oppido Xeres per viginti dies obsedit, in quibus gravia proelia commissa multique ab utrâque parte interfecti sunt; tandem vero Jaḫjā patruum ʾal-Qāsim*um* vicit, eum vinculis constrictum Malagam duxit ut ibi captivus esset, cepitque eius uxorem ʿAmīra*m*, ex Qoraiš*i* gente, simul cum reliquis eius uxoribus, filiis et opibus, postquam huic familiae iam permulta erant erepta, quod Jaḫjā propter flagrans bellum impedire non potuerat.

Antea vero Jaḫjā foederatus fuerat Moḫammed*is*, patrui filii, et ambo prope Hispalin castra posuerunt, ut bellum gererent contra ʾIbn-ʿAbbād*um*; sed bello finito, Jaḫjā removit se a patruo ʾal-Qāsim; tunc huius filium Moḫammed*em* cepit, vinculis constrinxit eumque ad castellum Malagae misit; quo facto se ad oppidum Xeres contulit ad patruum debellandum et contra eum ea perpetravit quae narravimus.

Alter locus, qui exstat in capite de Abū-ʿĀmir ʾibn-Šohaid (fol. 81 r. et v., 82 r.) sic audit:

ذكر الخبر عن مقتل يحيى بن حمّود الّذى ذُكِرَ، قالَ ابو مروان ذكر لى ابو الفتوح البرزلىّ قال لمّا كان عيدُ أَضْحَى سنةَ ۴۲۶ وانغمس يحيى بن علىّ فى شربه ولهوه سرتُ مع لمّة من بنى عمّى [a] الى اللحاق بحضرة اشبيلية للاجتماع بابن عمّنا محمّد بن عبد الله والقاضى ابن عبّاد فوصلنا وأَنْبأْناهما من خبر ابن حمّود يحيى ولهذا ما رَأَيَا ان يوجِّها اليه بجيش لقتاله فخرج اسماعيل بن عبّاد وابن [b] عبد الله فى المحرّم من سنة ۲۷ بعدها وهما فى بيعة هشام بن الحكم فى تلك الايّام وخامَرَ ناموسُه الأُمّة فجِئْنا الى باب قرمونة بالجيش كى نغيظ [c] يحيى فيخرج او يخرج احدٌ مِنْ قِبَلِه وقدَّمْنا سريّةً وكمن الجيش ناحيةً اخرى وقد كُنّا وَجَّهْنا فوارس ليلا للمُساورة [d] بسور قرمونة فطار الخبر الى يحيى وهو تلك الليلةَ على شراب وقد أَخَذَ منه فنعر نعرةً ووقف قائما يقول وا بياضٌ وابن عبّاد زائرى وامر بالاسراج [e] وتقدّم الى اصحابه وغلمانه وبادر الخروج ليلا على باب قرمونة واصحابه يتلاحقون فتَتَمَّتْ [f] عِدَّتُه فى نحو ثلاثمائة فارس اكثرُهم دَغَل السريرة فمضى على وجهه مُغِذًّا [g] يضرب .... [h] ابطاء خيله .... [i] قالَ ابو الفتح واقول انّه على ذلك عند انتهائه [k]

a) Cod. عمه. b) Cod. بن sine و. c) Cod. نغيط. d) Cod. للسامرة مرة. e) Cod. بالاسراح. f) Cod. فلتمت. g) Cod. معنزا. h) In Codice hìc est اعحن; quod esse posset الهجين, sed ante ابطاء خيله verbo opus est. i) Cod. الى حسنه (sic) معما, quae quomodo emendanda sint, non video. k) Non valde mihi placet haec coniectura; Cod. habet انتهابه.

لو صَفَّ [a] مَصَفًّا [b] يُقيم فيه ويُقوّم رجالَه للحرب بطائفةٍ يُمِدُّهم بطائفةٍ ويُوقف [c] خيلهم رداءً لهم ما فارَقَ الصوابَ لاكنّ المَيْد [d] غطا على بصره فالْقَى نفسَه علينا فى اوائل خيله ولا يستبين [e] الاشباحَ ظُلْمَةً فانْشَبَ [f] الحربَ معنا غَلَس ذلك اليوم ووالَى علينا الشدّات الصعاب بنفسه فعلمْنا انّه لا يُنْجِينا الّا الصدقُ فاستقبلْناه بوجوهنا ثمّ رددنا عليه الكرّةَ وطاولناه بالقوّة ثمّ حمل علينا حملةً ثالثةً مع اصحاب له وكنّا فى *نشزٍ من الارض [g] منيع الصعود الينا نَزِنُ [h] منه ونَنَالُ مِنْ اصحابه فاذا رددنا عليهم استعنّا بفَضْلِ [i] الانحدارِ [k] مِنْ عَلٍ فنَتخطفهم [l] خطفَ الاجادلِ فصدقْنا هذه الحملة فساقنا حتّى رمانا على اسماعيل بن عبّاد ومن معه من الاندلسيّين فثاروا فى وجهه فتوقّف الفريقان ساعةً وظهر كمين ابن عبّاد .... [m] وحرّض غلمانَه العجمَ عليه فشدّ الجماعةُ على يحيى شدّةً منكرةً وحدروا [n] من ذلك التلّ الّذى تسنّموه فانكسروا وصُرِع فى ذلك قومٌ وتمادَى الطلبُ وراءهم بعد مواقفة عظيمة فصُرِع يحيى وحُزَّ راسُه وطُيِّرَ به الى ابن عبّاد باشبيلية فخرّ ساجدا للّه وسجد مَنْ حضر بسجوده وانطبق البلدُ فَرَحًا واستمرّت الهزيمة على اصحاب يحيى حتّى ساء ذلك محمّدَ بن عبد اللّه وبَدَتْ عصبيّتُه لقومه وكلّم ابنَ عبّاد فى رفع السيف عنهم فاطاعه فى ذلك وتمّ لابن عبد اللّه ما اراد مِنْ حَقْنِ دماء قومه ان لم يَاْتِ الّذى اتاه الّا عن ضرورة ولم يلبث [o] ان اسرع الركضَ الى قرمونة دون اسماعيل بن عبّاد فجاءها لوقته وقد ملك سودان يحيى ابوابها على اهلها فدلنا الى مكان عورة من سورها الجوفىّ وقد عرفها [p] ففُتِح له ودخل من ساعته دار يحيى وحاز جميع ما الْفاه من مال او متاع واشتمل على نسائه واباح حرمه لبنيه واستحلّ حرامهنّ واستوى فى مجلسه *وبطر بطراً لا كفاء له [q] وردّ اللّهُ

---

a) Cod. صرب. *b*) Cod. مصاقا. *c*) Cod. ويقف. *d*) Cod. الميز; vide ad vers. h. l. *e*) Cod. يستبين. *f*) Cod. فانتسب, sed legendum est ut edidi; cf. ad vers. h. l. *g*) Codex hîc misere corruptus est; habet enim سرصر درکودرد. Affirmare nolo, auctorem id scripsisse quod edidi, attamen bonus sic oritur sensus; cf. *Kitâbo 'l-alfât* MS. 1070 fol. 84 v.: رايتُ فلانًا على يفاعٍ من الارض ونشزٍ من الارض. *h*) Codex بورد (sic). *i*) Cod. بفصل. *k*) Cod. الامحرار. *l*) Cod. فتتخطفهم. *m*) Cod. hîc habet وحاد صرده, quae sine dubio corrupta sunt. *n*) Cod. وحذروا. *o*) Cod. تيلعتى, sed ita scriptum ut ex يلبث corruptum esse possit. *p*) Cod. عرفت; cf. similem locum in meo libro Vol. I. p. 258, vs. 2 a f. *q*) Cod. ونظر نطر الاكفاء له.

مُلْكه ثمّ لم يُجْدِه على ذلك شاكرًا [a] للنعمة ولا مقصرا عن ارتكاب المعصية وسقط الخبر بمقتل يحيى على اهل قرطبة فما صدقوه من الفَرَح ✿

Narratio de caede Jaḥjāï ·ibn-Ḥammūd, de quâ sermo fuit. Ait Abū-Merwān [76]: Mihi Abū-'l-Fotūḥ [77] Birzelī*ta* haec narravit: Tempore festi sacrificii anni 426, quum Jaḥjā ·ibn-Ālī totus in vino et ludo immersus erat, ego cum nonnullis ex cognatis meis me Hispalin contuli; quod eo consilio faciebamus ut colloqueremur cum cognato nostro Moḥammede ·ibn-Ābdi-*l*-láh [78] et cum Qāḍīo Ibn-Ābbād. Quum ad eam urbem perveneramus, his conditionem Jaḥjāï Ḥammudī*dae* exposuimus, et hanc ob causam decreverunt, exercitum contra eum mittere. Mense itaque Moḥarrami anni sequentis, i. e. 427, Ismāīl ·ibn-Ābbād et Ibn-Ābdi-'*l*-láh egressi sunt; hi tunc temporis pro ċalīfâ agnoscebant Hišām*um* ·ibno-'l-Ḥacam, de quo quae ferebatur fama omnium animos turbaverat. Venimus cum exercitu ad portam Carmonae ad Jaḥjā*um* irritandum, quo fieret ut aut ipse aut aliquis ex eius ducibus contra nos exiret; praemisimus equitum agmen dum exercitus in alio loco se abscondit. Noctu etiam miseramus nonnullos equites, qui Carmonae murum assilirent. Quum nuntius de hostium adventu properanter ad Jaḥjā*um*, qui illâ nocte potabat et non amplius sobrius erat, afferebatur, sonum per nares emisit surrexitque dicens: « Eheu! Candidissimo calculo haec nox notanda [79], nam Ibn-Ābbād me « visitatum venit! » Tunc equis ephippia imponere iussit, milites et pedissequos ad arma vocavit, et noctu properanter per portam Carmonae exiit, dum eius milites unus post alterum adveniebant, donec circiter trecenti equites cum eo erant, quorum tamen plerique occultum odium contra eum fovebant [80]. Nullius rei rationem habens, irruit, equitibus tarditatem opprobans.

Ait Abū-'l-Fatḥ, quem sequor: Nihilominus si, ubi ad terminum pervenit, aciem ordinasset, in quâ ipse stetisset et in quâ milites ita disposuisset ut alteram cohortem alterâ

---

a) Cod. شكرا.

76) I. e. Ibn-Ḥaijān.

77) Infra vocatur Abū-'l-Fatḥ.

78) Erat hic princeps Carmonae, quem Jaḥjā e principatu eiecerat quique hanc ob causam se Hispalin contulerat.

79) Sic Romani وا بياض reddidissent. Apud Arabes, ut notum, laeti dies vocantur *albi*, tristes *nigri*. Inveni alicubi: يا بياضك مِنْ يوم, *quel beau jour que celui-ci!*

80) Significatio, quam hîc adiectivum دَغِل habet, Lexico addatur.

iuvaret, equitibus eos protegentibus, non a recto agendi modo deflexisset; sed vertigo [81] eius oculos velabat. In nos igitur irruit cum primis suis equitibus, dum obscuritate impediebatur quominus quicquam distingueret. Accendit [82] contra nos proelium per ultimas noctis tenebras, et ipse graves in nos impetûs fecit. Nos vero, quum certo apud nos constaret salutem nostram in solâ fortitudine positam esse, ei audacter obviam processimus. Deinde nostrâ vice impetum in eum fecimus, eum fortitudine aequare studentes. Tum tertiâ vice cum quibusdam militibus in nos irruit. Nos vero tunc eramus in colle quem adscendere difficillimum erat; ex hoc interdum descendebamus et Jaḥjâ*i* milites assequebamur; etenim quum nostrâ vice impetum in eos faciebamus, hoc commodum nobis erat ut ex altiore loco descenderemus, et tunc eos accipitrum instar abripere poteramus. Hac igitur vice fortiter impetum fecit ita ut nos repelleret nosque deiiceret in 'Ismāîl*um* 'ibn-Àbbād et Andalusios qui cum illo erant quique subito apparuerunt. Aliquantisper utraque pars stitit gradum, dum interea apparebant 'Ibn-Àbbād*i* milites qui se absconderant. Hic vero milites suos peregrinos [83] excitavit contra Jaḥjā*um*, in quem tunc omnes vehementi impetu irruerunt, dum illi qui in colle illo erant ab eo descendebant. Hostes terga dederunt; multi occisi sunt, et post grave proelium, nos eos diu persecuti sumus. Ipse Jaḥjā prostratus est; abscissum eius caput celeriter ad Qāçī*um* Hispalensem missum est [84], qui se prostravit ut Deo gratias ageret; omnes qui aderant eius exemplum imitaverunt et urbs laetitiâ perfusa est.

---

81) Ne quod dubium sit de voce مَيْد, quam in textu reposui, adscribo quae habet 'az-Zamaćšarī in *Àsāso'l-balāga* (in ماد): مادَتْ به الارضُ دارَتْ ورَجُلٌ مائدٌ يُدارُ به.

82) De 7ª formâ verbi شَبَّ, quae in Lexico desideratur, iam annotavi in Glossario ad 'Ibn-Badrū*num* p. 93 sq., apud quem legitur انشبُّوا القتالَ; eadem phrasis exstat apud 'Ibno-'l-Àtīr VIII. p. ٣١٧, vs. 3 a f. ed. Tornberg. Caeterum notabilis est confusio in hac phrasi radicum شبّ et نشب, nam dicitur etiam ناشَبَهم القتالَ ('Ibno-'l-Àtīr VIII. p. ٣٢٠, vs. 2) et legitur apud 'al-Àzraqī p. ٤٥ ed. Wüstenfeld: نشبت الحرب او شبّت الحرب بينهم.

83) Sunt Hispani illi de quibus sermo est in mei libri Vol. II. p. 7, ubi Moḥammed 'ibn-'Ibrâhîm perperam 'al-Mo'taçid*um* nominat, quum huius patrem Qāçī*um* nominare debuisset.

84) Verbum طَيَّرَ, quod, ut in meo libro observavi (Vol. I. p. 122, ann. 277; p. 428; Vol. II. p. 117, ann. 128), proprie significat: *columbae ope misit*, etiam *celeriter misit* exprimit. Cf. locus 'Ibno-'l-Ćatīb*i* (MS. Ga. fol. 174 r.), nostro simillimus: فَتَلَهُ وطَيَّرَ الى البلاد براسه.

Persecutio Jaḥjāï militum duravit donec moerore affecit Moḥammedem ·ibn-Ȧbdi-'*l*-láh, qui, gentis amorem ostendens, 'Ibn-Ȧbbādum rogavit, ut iis qui superstites erant parceretur. Annuit hic et sic 'Ibn-Ȧbdi-'*l*-láh voti compos factus est, suamque gentem, quae id quod fecerat, necessitate coacta fecerat, a caede liberavit. Mox celeriter Carmonam profectus est sine 'Ismāïlo ·ibn-Ȧbbād, et paullo post ad oppidum venit; sed quum Jaḥjāï Nigritae portas invito populo occupassent, accessit ad locum quem in muro septentrionali cognitum habebat et in quo erat fissura. Quum sic accessus ei datus esset, statim palatium Jaḥjāï intravit; omni supellectili et opibus quas invenit potitus est, omnes Jaḥjāï uxores et concubinas suis filiis tradidit ut cum iis facerent quicquid vellent, in principis solio sedit et in universum summâ cum insolentiâ se gessit, ingratus erga Deum, qui ipsi regnum reddiderat, sed cui hoc ob beneficium gratias non agebat, quem adeo non reverebat ut vel scelera perpetrare non dubitaret.

Quum autem nuntius de caede Jaḥjāï ad Cordobenses pervenerat, eorum laetitia tanta fuit ut vix crederent nuntium verum esse.

§ 2.

Pag. 241, vs. 5 a f. Lege الامر *.

—, vs. 3 a f. Fieri non potest ut istud متناقض (pro quo Fr. habet تناقض) sanum sit. Ad الامر spectare non potest duplicem ob causam, tum quia in sq. membro وهو spectat ad ·al-Moȧtaçidum (ut monstravi p. 260, ann. 4), atque igitur, ut docet parallelismus, وهو in *hoc* membro ad eundem spectare debet, tum quia in omnibus his phrasibus est oppositio, anthithesis. Quum igitur, ut supra (mei libri p. 109, ann. 194) probavi, verba ابرم et نقض sibi constanter opponantur eodem modo quo الحلّ والعقد, nostrum locum (restitutâ quoque lectione الامور, quam etiam Fr. habet) sic lego: جبّار ابرم الامورَ وهو ناقض ✿

—, vs. 2 a f. Codex distincte habet ومنبت, non ومتبت (in Fr. secunda litera puncto caret). Et reverà legendum est ومُنْبِتٌ, et in sqq. بما (pro فما) cum 'Ibno-'l-Ȧbbāro; cf. ad versionem h. l.

Pag. 242, vs. 2 sq. Difficiles sunt hae phrases, tum ob constructionem, tum ob singulorum verborum significationem. De postremis primum videamus. طعن فى ثُغَرِ الايام bene dictum est, nam ·az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub ثغر) habet: طَعَنَهُ فى ثُغْرَتِهِ وهم الطّعّانون فى الثُغر. Vulnus in ثغرة *foveâ iuguli* letale est (cf. ·al-Ḥarīrī p. ٤٠٤

ed. primae et vide etiam locum 'Ibn-Bassāmi in libri mei Vol. I. p. 326, ann. 7); qui igitur est طعّان فى الثغر, hostes statim interficere solet. Verba quae sequuntur ملك بها كفه etiam ab 'az-Zamaćšarīo explicantur, qui (sub ملك) dicit: ملكْتُ كفّى بالسّيْف اذا اشدّ القبض عليه. Est igitur *firmiter apprehendit*; notabilis significatio quae Lexico addenda est. Est prima forma verbi ملك, non secunda, nam Codex noster 620 habet مَلَكْتُ. Verba denique شرّد به من خلفه sunt ex 'al-Qorāno 8, vs. 59. Iam quod ad constructionem et loci sensum attinet, recte me pronuntiasse طعنةً in accusativo, docet accusativus جبّارًا in sententiae membro quod huic respondet. طعنةً et جبّارًا necessario, ni fallor, spectant ad Ḫabībum, et subiectum verborum ملك et شرّد est Qāçīus, 'al-Mo'taçidi pater. Accusativi illi ex ellipsi verbi كان explicandi videntur (cf. de Sacy *Gr. ar.* II. p. 83 sqq.), et طعنة potius طَعْنَةً quam طَعَنَةً pronuntio; non enim est nomen unitatis, sed nomen specificativum (cf. de Sacy *Gr. ar.* I. p. 301). Locum igitur sic lego: طعْنَةً فى ثُغرِ الايّام، مَلَكَ بها كفّه، وجبّارًا من جبابرة الانام، شرّد به مَنْ خَلْفَه, et verto: Initio imperii interfecit Wezīrum patris, Ḫabībum illum de quo iam sermo fuit; fuerat hic modus quo (instrumentum quo) foveae iugulorum dierum confodiebantur, quemque firmiter apprehensum tenebat illius (Qāçīi) manus; fuerat hic (nempe Ḫabīb) maximus tyrannus, cuius auxilio ille (Qāçīus) agmen (hostium) dissipaverat.

Pag. 242, vs. 3. Lege: ويَتَخَلّق in 1ª formâ.

—, vs. 4. Pronuntia خَوّان. Istud شرّ sanum esse non potest, nam hîc non mali quid, sed boni quid commemorari debet. An سُرُور?

—, vs. 7. Lege وراحض العار، ومُدْرِك الاوتار. Cf. quae infra dicam ad versionem h. l. — Pro والجرائر propter parallelismum potius والحوادث, quod etiam Fr. habet, legendum est.

—, vs. 9. Lege اجدّ et واطْمَعُ; sunt enim superlativi (ut quoque ارقى), et ما كان est pro مَنْ كان; ما enim interdum de ratione praeditis usurpatur; vide '*al-Alfijam* ed. Dieterici p. ٢٠, vs. 2 sq.; Mehren *Die Rhetorik der Araber* p. ٧١, vs. 7, 15—17; mei libri Vol. I. p. 306, vs. 17, et infra locum 'Ibn-Ḫaijānis, ad cap. 2. § 3 edendum.

—, vs. 11 et ann. *q*. Veram lectionem habet Fr., nempe الاجْهار. In praeced.

قصيرة الامل (quod quoque Fr. habet) etiam defendi potest. — Pro ارتفعت lege اتّفقت ex Cod. et Fr.

Pag. 242, vs. 13. Dicere neglexi الثانى esse ex 'Ibno-'l-Abbāro; Cod. et Fr. illud non habent et falsum est, nam Vol. II. p. 62, vs. 2 dicit 'Ibn-Ḫaijān: يوم السبت لليلتين خلتا, i. e. *tertio* die, quod convenit mensi Ǵomādāe *primae*; Ǵomādāe *secundae* neutrum convenit.

—, vs. 4 a f. Restitue ex Codice والاخْفار.

—, vs. 3 a f. sq. Secutus hîc sum 'Ibno-'l-Abbār*um*, nam Cod. habet: غلم تبر من شدة القسوة ✿

—, vs. 2 a f. In 'Ibn-Bassām*i* Codice سجايا non exstat (Fr. etiam sequens من omittit); habet جبلة et فيها ذوى. Necessarium tamen videtur 'Ibno-'l-Abbār*i* سجايا, et lego: سجايا من جبلّةٍ لم يُحاشِ فيها ذوى رحمٍ واشجة ✿

—, ann. *i*. Lege: Cod. وكان ثقيل.

Pag. 243, vs. 4. Pronuntia تَذَعَّرُ vel تُذْعِرُ.

—, ann. *k*. Haec verba sine dubio ab 'Ibn-Ḫaijāne profecta sunt, nam Codex Oxon. interpolatus non est. Significant: cognita haec sunt Deo, certumque est hunc ea observasse ut ei propter ea rependat (eum puniat). — Cf. in *'al-Qor'āno* 89, vs. 13: انّ ربّك لَبالْمِرْصاد, et ad *quartam* formam verbi رصد, idem atque prima exprimentem, Sūr. 9, vs. 108.

—, vs. 6 et ann. *n*. Restituatur Codicum lectio مِنْ (ante توفّر), quae particula pendet a يقصر.

—, vs. 10. Lege: على النكول عن العدوّ سياسةً. Accus. سياسةً coniungendus est cum praeced. ساس.

—, vs. 13. Istud لحيلها sanum non est, sed nescio quid legendum sit. Etiam Fr. habet لحياها. — Restitue انْ post ما, quod etiam in Fr. est.

—, vs. 14 et ann. *b*. Codex *habet* جرّد, ut quoque Fr.

—, vs. 3 a f. In voce quam ناسيتة scripsi, Cod. et Fr. habent ـيئـ, non ـبـ. Lego itaque: ألّتى لأناسيئتها مِنْ اعدائه. اناسيئة plur. ab انسىّ; من fortasse in Codice esse,

dixi p. 265, ann. 35 [85]; اَلَّتى igitur spectat ad الارواح, et من اعدائه est ulterior explicatio.

Pag. 243, vs. ult. Pro شىء ex Cod. et Fr. repone شَأْنِ. Est lapsus calami, nam in meo apographo شان scriptum est.

Pag. 244, vs. 10. Lege: هَنَاكَ اللّهُ مُهْدِىَ المَسَاعِى.

—, vs. 12. Hic versus sic legendus est:

فما ذا يَمْلَأُ الأَسْماعَ منها اذا مُلِئَتْ مِنَ آنْبَاء الطروس

—, vs. 15. Melius البرزلى ut in Fr. est.

—, vs. 17. Repone للثواء ex Codice, et cf. ad versionem h. l.

—, vs. 18. Ex Cod. et Fr. pro ثاربة restitue ثاوية.

Pag. 245, vs. 1 et 2, et ann. *a*. Fr. habet ثاثاق, sed ex literarum ductibus in Codice بِمَا فاق effici potest, et sic sine dubio est legendum; ب enim pendet ab اوتى.

—, vs. 4 et ann. *e*. Pro سجيته restitue نتيجته ex Codice; نتيجة enim *praxin* (العمل) significat, theoriae (العلم) oppositam; vide meum *Catalogum* I. p. 138.

—, ann. *f* deleatur, nam Cod. habet تحبير.

—, vs. 6. Lege واكتتبتها* et in ann. *i* واكتتبها*.

—, ann. *p*. Cod. (ut quoque Fr.) recte habet الفذة.

—, vs. 13. Potius وَصَفَ.

—, vs. 14. Fr. dubiam istam vocem habet sic: يعِس ع, sed addit له. Fortasse scribendum est له يُعْنَ.

—, vs. 3 a f. et ann. *u*. Vera lectio est عَضَّ, quam etiam Fr. habet.

Pag. 246, vs. 2. Legendum esse فالدهر iam dixi p. 269, ann. 61, et sic est in Cod. et in Fr.

—, vs. 6. Istud سلسلا dedit etiam Dugat in ·al-Maqqarī*i* editione (II. p. ٥٩٥) et Fleischerum non offendisse videtur, nam nihil ad illum ·al-Maqqarī*i* locum annotavit. At est inepta lectio, nam frenum manu tenentes, ducimus *iumentum*, non vero *catenam*. Legendum est: تَقُودُ مِنّى سَلِسًا, nam verbum قاد et loci sententia hîc سلسا requirunt.

---

85) In meo apographo est من, et in parenthesi عن cum duplici interrogationis signo. Videbatur mihi igitur Codex من habere, non عن.

Az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub سلس) : فرس سَلِسُ القياد ; idem sub جنب : فرس طوع الجناب سلس القياد ; *Kitābo 'l-afʿāl* MS. 1070, fol. 72 r. : تقول انّ فلانا لَسَهْلُ الخُلُق سلس القياد طوع الجناب ليّن العريكة ; Ibn-Gobair p. ۷۴ : الجواد السلس القياد ; Ibn-Badrūn p. ۲ : راض لنا جموحه فقدْناه سَلِسَ العنان. Alium etiam locum inveni, in quo dormitans librarius pro سلسة scripsit سلسلة; nempe in Codice 620 operis az-Zamacšarīi sub ذعن, ubi haec exstant: ناقة مِذْعان سلسلة القياد ; supra tamen recte scripserat librarius: أَذْعَنَ له اذا سلس وانْقاد.

Pag. 246, vs. 9. Pro مواجر Cod. et Fr. habent هواجر ; sed versum non intelligo.

Pag. 247, vs. 3. Ex Cod. et Fr. repone حصلت, i. e. حُصِّلَتْ, quae lectio etiam in meo apographo est; perperam ei substitui eam quam habet al-Maqqarī.

—, vs. 4. Pronuntia أَفادَتْناك, ut dixi Vol. II. p. 259.

—, vs. 5. Pro المهم repone ex Cod. et Fr. البهم, et pro الشدّة lege الشدّهْ. Est igitur versus:

وأَجْنادُ أَشدّاءْ البهم تنتهى الشدّهْ

i. e. اذا بَلَغَت الشدّةُ نهايتَها انتهت البهم.

—, vs. 11, 14 et 3 a f. Cf. p. 271, 272 et 273.

—, vs. ult. et p. 248, vs. 1 et ann. *a*. Perperam et infeliciter hic textum mutavi, sed etiam librarius qui Fr. scripsit, locum non intellexit, nam dedit: فى تحريك تعسوا بهم محمد بن القاسم فانتظم الخ. Recte me monuit Wright, unicum errorem in Cod. hunc esse, quod ibi scriptum est تعسوبهم pro يعسوبهم. Vox يعسوب proprie est *rex* (regina) *apum* et hinc *princeps*. Al-Gauharī: اليعسوب ملك النحل ومنه قيل للسيّد يعسوب قومه ; az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* : هذا يعسوبُ قومه لرئيسهم وعن عليّ رضه شى عبد الرحمن بن عتّاب وقد قُتِل يومَ الجمل لَهْفِى عليك يعسوبَ قُرَيْش. Locus igitur Ibn-Haijān*is* sic legendus est: وتقدّموا فى تحريك يعسوبِهِمْ محمّد بن القاسم فانتظم الخ.

Pag. 248, vs. 2. Cod. et Fr. habent الجلى ; lego itaque فى الجَلِيّ (apud Freytag *ponderosa et magna res*). — Quod ad sequentem phrasin يزحمون بركنه attinet, iam dixi (p. 273, ann. 81), me dubitare an istud يزحمون sanum sit. Consului de hoc loco Fleischer*um*, qui haec mihi respondit: يزحمون scheint mir ganz richtig: «sie drängten

« (die Gegner) mit seinem Bollwerk » (d. h. mit ihm selbst als Bollwerk), bildlich für: sie stellten ihn wie ein Bollwerk den andrängenden Feinden entgegen, um diese selbst zurück zu drängen. Quae tamen interpretatio duplicem ob causam mihi non admittenda videtur, tum quia dura est omissio accusativi (*adversarios*), tum quia ركن moveri non potest. Certissimam emendationem nunc invenisse mihi videor. Collato nimirum loco 'Ibn-Bassām*i* (Cod. Oxon. fol. 145 r.), in capite de Abū-'l-Ḥasan 'al-Becrī, ubi de hoc viro, qui antea in aulâ Abbādī*darum* vixerat, dicitur: postquam Abbādī*dae* regno privati erant, اشتمل عليه البَكْرِيُّون لِكَوْنه احدى دعائم اركانهم, levi (in hoc praesertim Codice) mutatione lego: يَدَّعمون بركنه i. e. *cui tamquam fulcimini innitebantur*, quod optime convenit iis quae praecedunt.

Pag. 248, vs. 5 sq. Pro isto الداعيين quod scripsi, Cod et Fr. habent الدايلين; pro داعى est in Fr. ut in Cod. داعية; ante الحمودية Cod. habet ذايل et Fr. دايل. Verbum دال hic et infra p. 250, vs. 15 et 17, derivatum videtur a دولة (*imperium*), et significare *imperium exercuit* vel simile quid, quo sensu etiam dicit 'Ibno-'l-Catīb (MS. Cl. de Gayangos fol. 176 v.) de Moḥammede, primo Naçrī*darum* rege: امير المسلمين بالاندلس ودائلها وخدم انصريين (l. وجدُّم النَّصْرِيِّين). Formam داعية nunc mutare non audeo; sed in sqq. lego فانّه تنكّبهما. Totum locum itaque sic lego et interpretor: الّا ما كان من الدائلَيْن منهم عبّاد داعية المروانيّة ومحمّد بن ادريس صاحب مالقة دائل الحمّوديّة فانّه تَنَكَّبَهُمَا بعادًا من الظِّنّة الخ. *Fide dignos legatos misit ad omnes praeterquam ad duos illos qui ćalīfatum restituere studebant, nempe Abbād qui ćalīfas agnoscebat Merwānī*das, *et Moḥammed 'ibn-Idrīs, princeps Malagae, qui Ḥammūdī*darum *dynastiam restituere studebat. Etenim hos duos evitavit ne in suspicionem veniret* caet.

—, vs. 8. Pro يجدوا (quod etiam Fr. habet) lego يَحْدُو a verbo حدا *propulit*. ويرقى Codicis non mutandum est; igitur ويَرْقَى الحيّات. Vox illa quam legi واستق, amicissimo Wright videtur واستن; idem est in Fr. et omnino legendum est وَٱسْتَنَّ.

—, vs. 12. Excidit signum * ante لا, nam istud ما a me (perperam) additum est. Restitutis Codicis verbis, sed voci فيهما substitutâ بينهما, locus sic legendus est: اسْتَهَمَا بينهما النصرَ فى مقام واحد شقَّ الأَبْلَمَة وكانت [86] اوّلا على ابن الافطس. Proverbialis

86) Non necessarium esse istud الدائرة, quandoquidem كانت spectat ad وقعة, iam dixi Vol. II. p. 259.

haec locutio (cf. 'al-Maidānī II. p. 618 ed. Freytag) occurrit etiam apud 'al-Ḥarīrī (p. ٥٩. edit. 1ae) : تتقاسماه بينهما شقّ الابلمة, ubi vide commentarium, et in alio loco 'Ibn-Ḥaijānis (apud 'Ibn-Bassām Vol. I. fol. 155 v.).

Pag. 248, vs. 13. Pro كثير Fr. habet كثيرة.

—, vs. 15. Quamquam misere lacunis vexatus sit hic locus, suspicor tamen pro الشرق legendum esse الشرف. Etenim non intelligo quo modo hic de *orientali parte Hispaniae* sermo esse posset, et الشرف est regio prope Hispalin quae dicitur *Axarafe*.

—, vs. 6 a f. Pro بينهم lege بينهما, ut reverâ exstat in loco 'Ibn-Ḥaijānis in quo eadem narrantur quemque infra dabo.

—, vs. ult. Pro المجامعة (quod etiam Fr. habet) legendum esse المجاعة, dixi Vol. II. p. 259.

Pag. 249, vs. 1. Codex male habet تخرج.

—, vs. 5. Istud فبعث (quod etiam Fr. habet) sine dubio vitiosum est. Lege فبحث, nempe بَحَثَ رسولَه عن ذلك, ut sequentia ostendunt. — Pronuntia عُدِمْنَ (i. e. فُقِدْنَ; cf. Bidpai p ١٣, vs. 8 sq.).

—, vs. 9 et ann. *b*. Repone النساء post لاظهار. Locus his vocalibus instruendus est: وأُولُو النُّهَى يعجبون مِمَّا شَهَّرَ به نفسَه من البطالة أيّامَ الحروب المُحَرِّمة لاظْهار النساء على تُحُولِ الرجالِ العاقدة للأَزِرة. Explicationem dabo ad versionem huius loci.

—, vs. 10. Pro وبحثت على, legendum esse suspicor وبحثت عن. Particulae عن et على saepe in Cod. Oxon. confunduntur, quod facile fit in Codicibus Africanis.

—, vs. 11. Annot. *c* deletâ, legendum est: تاغى كاشحة المعتضد. — Legendum esse عبد الرحيم, iam suspicatus eram Vol. II. p. 259, et hoc reverâ habet Codex.

—, vs. 13. Lege شأْو *.

—, vs. 14. Scribe وتبارِيًا et سَنِّى, de quo mox ad versionem huius loci.

—, vs. 17. Monere neglexi, Codicem habere وانتج; sed est mendum legendumque est ut edidi; p. 250, vs. 1, etiam Codex veram habet lectionem.

—, vs. 18 sq. et ann. *f*. Quum neque in Codice neque in Fr. hic ullum lacunae sit indicium, quumque sequentia cum praecedentibus bene cohaereant, nihil desiderari arbitror, sed levi mutatione, quae in Codicibus Africanis vix mutatio est, pro من الاندلس lego مينى الاندلس (i. e. مينا *portus*). Quâ lectione admissâ, sententia optime procedit:

الجزيرة الخضراء مينى الاندلس الى ارض العدوة. Et erat reverâ 'al-Gezîra 'al-çaġrā. portus ex quo ex Hispaniâ in Africam traiiciebant. Res notissima est; adscribam igitur tantum locum Abū-'l-fedāi (*Geogr.* p. ١٧٣): ومرساها احسن المراسى للجواز.

Pag. 249, vs. 3 a f. Restitue ex Codice واقلّهم.

Pag. 250, vs. 2. Codex perperam الرجعة التى.

—, vs. 7. De meâ coniecturâ nunc valde dubito, sed nondum perspicio quid legendum sit. Fr. الداپن (sic).

—, vs. 8. Vera lectio est عاقَتْه ut edidi; sed Codex habet عاقة et Fr. عافه.

—, vs. 13. Codex habet ووقعت الواقعة. Male; legendum est ut edidi, nam وقعة pendet a قَبْلَ et respicit 'Ibn-Haijān ad locum Qorān*icum* Sūr. 56, vs. 1 sq.: اذا وقعت الواقعة، ليس لِوَقْعَتِها كاذبة، In iis quae praecedunt spectat Sūr. 69, vs. 13.

Pag. 251, vs. 3. Lege ex Cod. مِنْ رَجُلٍ لا يبالى. Vox رجل erat quidem in meo apographo, sed magnâ atramenti maculâ operta legi non poterat.

—, vs. 7. Ad يدار Wright notavit, se dubitare de eo quod in Cod. scriptum est. Est fere يدًا, et certum est, punctum vel vocalem esse supra د; ultima litera aeque bene و ac ر esse potest. Fr. habet يدًا, omissâ, ut videtur, literâ istâ ultimâ, nam amicissimus de Slane scripsit: «يدًا pro يدار.» Locum sic lego: فتلكَ اعتدَّ عليهم يدًا، وجَعَلَها لِمَا اراد مِنْ مَكْرٍ وهَمٍّ أَمَدًا، ۞

—, vs. 8 et ann. *f*. Restitue Codicis lectionem من (*propter*). — ann. *g*. Fragmentum pro فواطنهم Codicis habet بمواطنهم, quod etiam peius est. Levissimâ mutatione legendum est فراطَنَهم. Est emendatio certissima, sed ut nullum de eâ dubium sit, adscribo verba 'Ibn-Haijān*is* (apud 'Ibn-Bassām Vol. I. fol. 173 v.), ubi caedem 'Ibn-'Abbās*i* narrat (vide meam *Histoire des musulmans d'Espagne* IV. p. 44) et ubi de rege Bādīs*o*, qui Berber*us* erat ut vir ille de quo in nostro textu sermo est, dicit: فجعل يراطِنُ اخاه بُلُقّين بكلامه ۞

—, vs. 10. Lege الحاجبَيْن *.

—, vs. 14. Scribe أُخْراهم.

—, vs. 15. Pro بلادهم Cod. et Fr. male habent بلاده.

Pag. 252, vs. 1 et ann. *b*. Scribe: وحَلُّوها فكانَ ما ذا ومات الحَجّاجُ فَمَهْ.

Pag. 252, vs. 2. Restitue ex Cod. والمَهامهُ الغُبْرِ.

—, vs. 5. Etiam is qui Fr. scripsit, hanc vocem legere, vel potius emendare, non potuit, nam eam omisit, spatio vacuo relicto. Caeterum etiam habet واللّه, quam lectionem (*per Deum!*) veram esse suspicor.

—, vs. 7. Quae in hac paragrapho ex 'Ibno-'l-Abbāri Codice corrigenda sunt, quaeque indicavi Vol. II. p. 259, hic in lectoris commodum repetam, sed brevitatis causâ illum literâ A designabo.

—, vs. 9. Lege بن جهو ex A.

—, vs. 10. Melius وسَنّى. — Lege اعتدى ex A.

—, vs. 11. Pro اوزنبة A. habet وولبة, et sic lege, nam Cod. 'Ibn-Bassāmi idem habet vs. 2 a f.

—, vs. 13. Melius خَلا, ut dixi p. 283, ann. 133.

—, vs. 14. Pro وضم lege وصمّم ex A.

—, vs. 4 a f. Lege وسائل ex Codice et A.

—, vs. 2 a f. et ann. *n*. Dele hanc annotationem, nam ipse Codex habet ولبة.

Pag. 253, vs. 1. Lege وتحمّل بسفنه جميعَ ماله ex A.

—, vs. 2. Etiam hic legendum est ولبة.

—, vs. 4. Lege يعزب ex A.

—, vs. 6. Lege بذّ الاقرانَ ex Codice, qui vocales habet quibus has voces nunc instrui curavi. Idem habet A.

—, vs. 7. Apud A. legitur ابا عبيد.

—, vs. 10. Lege ex Codice et A.: لو انّ شيئاً يدوم صفاؤه. In seqq. A. habet: والمُلْكُ الباقى للّه وحده ۞

—, vs. 12. B. انتصبها.

—, vs. 13 sq. et ann. *g*, *h*, *i* et *k*. B. كان عبّاد sine و. — B. الحق ut edidi. — Lege حاشية ut etiam B. habet. — Lege ex B. وتجاوز بها الى من نشأ فى الحلية. Respicit hic 'Ibn-Bassām ad verba 'al-Qor'āni (Sūr. 43, vs. 17): أَوَمَنْ يَنْشَأُ فى الحِلْيَةِ; sic enim legit 'al-Baiḍāwī (p. ٢٣٦ ed. Fleischer), qui verba explicat hoc modo: مَنْ يتربّى فى الزينة يعنى البنات. (Eandem lectionem habet 'az-Zamachśarī in *Asāso 'l-balāġa* sub نشأ. In Flügelii editione est يُنَشَّؤُ; sic pronuntiabant Cufenses, teste 'al-Qāmūso p. ٣٧, vs. 2

ed. Calc.). — Quae statim sequuntur in utroque Codice misere corrupta sunt, sed locum restituere posse mihi videor. Pro من الصبى quod scripsi, legendum est ut A. habet من الظبى i. e. من الظُّبَى (B. habet الظبا, quod idem est). Post hanc vocem B. habet بردمك, quod nihili est; servanda est lectio Codicis A. ثدى ناهد. Pro شفقة لمينا (ut A. in margine habet; vide ann. *k*) B. offert duas voces quarum primam Wright ita scripsit, ut esse posset شعبة, sed inter punctum et ipsam literam ه (si litera est, nam est valde minuta) est parva lineola et supra literam calamo aliquid deletum est. Punctum ad ه pertinere arbitror (est enim Codex Africanus) et lego شَفَةٌ *labium*. Altera vox (in A. لمينا; vide ann. *k*) in B. est لبا. In hac lectione unam literam omissam esse et in lectione Codicis A. unam abundare puto. Lego enim لَمْيَاء; igitur شَفَةٌ لَمْيَاء; nam hae duae voces coniungi solent; ʿal-Gauharī: اللَّمَا سُمْرَةٌ فى الشَّفَة تُسْتَحْسَنُ ورَجُلٌ أَلْمَى وجارِيَةٌ لَمْيَاء; ʿal-Ḥarīrī (p. ٢٣٤, vs. 2 ed. 1ae): أَلْمَى الشَّفَة. Restat istud الوالد, quod etiam in B. legitur, sed sine dubio corruptum est, quodque maximam difficultatem mihi peperit. Certum est tamen, hanc vocem esse substantivum, incipiens ab articulo et in literâ د (ut docet homoeoteleuton) exiens, quod ad adiectivum لمياء pertinet atque igitur *labia* denotare debet. Lego itaque المَحَارِد, quandoquidem terminatio رد cum terminatione لد in Codicibus Africanis facillime confunditur. محارد sunt *labia*, ut habet Freytagius in Lexico [87]. — Totum igitur locum sic lego: كان عبّاد قد أَلْحَقَ يومئذ بابنه حاشيةً وابلغ فى المُثْلة، وتَجاوَزَ بها الى مَنْ نَشَأَ فى الحِلْيَة، وما حماها عنده من الظُّبَى ثَدْىٌ ناهد، ولا شَفَةٌ لَمْيَاء المَحَارِد. Quibus lectionibus admissis, optimus hic sensus oritur: *Abbād tunc temporis filio suo haud paucos domesticos adiunxerat* (i. e. hos eodem modo atque filium tractaverat, eos interfecerat) *et maximis suppliciis eos affecerat; his affecerat etiam eas quae in ornatu adoleverant* (i. e. filias suas); *eas apud eum contra gladios non defendebat hororians mamma, neque labium illius quae fusca labia habebat.* — Haec scripseram de loco difficillimo, quippe cuius pleraque vocabula

87) *Al-Qāmūs:* المَحارِدُ المَشافِر. Proprie igitur *labia* ubi de camelo sermo est, sed Freytagius iam notavit مشفر etiam adhiberi ubi de hominibus sermo est, cuius rei exemplum sit versus quem habet ʿIbno-'s-Sikkīt in *Kitābo tahdībi 'l-ʾalfāt* MS. 597, p. 530:

(الطويل) ثيابُ بنى عَوْفٍ طهارى نقيّةٌ واوجهُهم بيضُ المشافرِ غُرّانُ ☆

erant corrupta, quum non sine gaudio meas coniecturas confirmatas vidi versu 'al-Motanabbī, in quem felici casu incidi quemque sine dubio 'Ibn-Bassām imitatus est. Est hic (ed. Dieterici p. ٤٩٥):

(الطويل) فلم يَبْقَ إلّا مَنْ حماها من الظُّبا لَمَى شَفَتَيْها والثُّدِىُّ النواهِدُ

Pag. 253, vs. 15. B. (post اشبيلية) haec sic habet: انّهم دخلوا عليه بعد ثالثة، من تلك الحادثة، وراوا وجهه النخ ✿

—, vs. 16. Pro وودّ كلّ واحد B. male ووكل واحد. — Idem يزيده.

—, vs. 6 a f. Vix opus est ut moneam, legendum esse اراكم, ut in B.

—, vs. 5 a f. sq. B. in textu يقدم, sed in margine (tamquam coniectura) عله يقدر; — pro يطرف perperam habet يطوف; — pro بشفره offert بشفر عين; — deinde habet: فلما صاروا بباب القصر نفذ بانصرافهم[88] الامر فرجعوا وجلسوا ثم امر أن يحضر.

—, vs. 3 a f. B. فقال له, et pro دم habet ذم. Recte hoc; legendum enim est وحَلّلْ ذَمَّ الخائن. Respondet huic phrasi altera illa quae ex B. legenda est p. 256, vs. 6: وزاد الى استباحة الذّم، التعرّض لاباحة الحرم. Verba enim حلّل et استباح idem exprimunt. *Al-Qāmūs*: أَبَحْتُكَ الشيءَ أَحْلَلْتُهُ لك.

Pag. 254, vs. 1. Verba قال المحدّث فسوّى الجلد in B. omissa sunt. — Pro تصعد B. male تصغر, sed recte pro وترصب (ut A. habet) تصوب i. e. تُصَوِّبُ.

—, vs. 3. Lege وكان قد قال ex B. — Post الرقعة B. addit بَعْدَ الصَّدْرِ. — Quae sequuntur melius sic in A. leguntur: اذا تُقُوضِيَ أَيَّدَكَ الله حقُّ المُشاركة، وتُعُوطِيَ حظّ المساعدة ✿

—, vs. 4. Pro الانبا B. perperam الابنا et pro العقم habet العجم.

—, vs. 5. Pro وطارت lege وطَرَأَتْ ex B., qui addit: يا سيّدى، وأَعْلَى عُدَدِى. — Pro دهماء B. عميا, quam vocem in vs. sq. omittit. — Pro فجاتنى B. فاجاتنى, quod non probo, quia prima forma (فاجئة) sequitur; sed ex eodem lege صروف pro ضروب.

—, vs. 6. B. post ثارت addit الىّ, quod probo. — Idem omittit قبل.

—, vs. 7. Hic locus, ut in meâ editione legitur, valde corruptus est. Primum de singulis verbis, deinde de sententiâ videamus. Pro النجنّة B. habet النحنة (male). Post

88) In margine hic scriptum videtur بغير.

اعدّها Codex Goth. non habet لا شبا منها , sed لاشباهها ; B. offert لاشبانها ; at legendum est لاشباهها ; pronomen ها spectat ad *calamitatem*, de quâ in superioribus sermo fuit. Lectio وادبرها, quam uterque Codex habet, est restituenda. Sequens vox (سعيا in Goth.) in B. est متقسا cum tribus punctis (∴) sub literis سـ ; lego مُتَّقيًا, ad quam emendationem defendendam et probandam cf. locus ex Commentario ad ʼal-Ḥarīrīum (p. ٢٣٠ ed. 1ae): وقد يضرب هذا المثل للمحاربة بعد المسالمة لانّ المجَنّ هو الترس واذا قلبه مُمْسِكُه وجعل ظهره خارجا لم يكن الّا ليَتّقى به. Ultimum denique verbum in Cod. Goth. non est وتجاهها, ut male dixi in ann. *e*, sed وتجاهها, et idem habet B. Totum igitur locum sic lego et interpretor: وشرعَتْ تَحْوى مِنْ قِبَلِ المِجَنَّة الّتى كنتُ أُعِدُّها لأَشْبَاهِها، وأُدِيرُها مُتَّقِيًا بها مِنْ تِلْقائها وتُجاهِها„ *et versus me exiit ex ipso clypeo quem contra tales calamitates praeparaveram, quemque, me eo defendens, e regione* (vis-à-vis) *istarum circumvertere solebam.*

Pag. 254, vs. 9. B. melius والشكرِ وأصبا. — Post ذلك idem addit أيّدك الله. — Pro المشاو الحاو ut in Codice Goth. est (v. ann. *f*), B. habet العاق (i. e. العاقّ), et pro المشاو habet النشاق. Iam quum puncta in literis finalibus ف et ق saepissime in Cod. Goth. omissa sint, nequaquam dubito quin sic legendum sit: وشرح ذلك أيّدك الله انّ الغبىّ العاقّ، اللعين المُشاقّ„ (nempe المُشاقّ, participium 3ae formae a verbo شقّ).

—, vs. 11. Pro voce quam scripsi اسنى, B. habet امن i. e. آمَنَ, quod praefero. Caeterum signum ، post hanc vocem deleatur. — Scribe والهوى ut recte in B. — Pro اذ B. male او.

—, vs. 13. In ذريته pro ذ, quam literam uterque Codex habet, legatur د, et pro واحريته lege وأجْرَأتُه, ut recte habet B.; sed Lexico 4a forma verbi جرأ addatur. — Emendationem meam يكن confirmat B., sed pro مما habet فيما, quod certe non melius est.

—, vs. 14. B. على نفسى من ابنى شفرة, quod eodem redit. — Pro بالتدريب iterum lege بالتدريب, ut *hic* recte habet B. (habet بالتحريج والتدريب). — Pro isto حصى B. rectissime حصنى i. e. حِصْنِى.

—, vs. 15. Pro خصصته B. habere videtur حصصته. — Pro بالمكاشحة B. recte فى المكاشحة. Sequens voc. est in eo (scil. Africano) aut والغدار aut والقدار. Istud والقرار

quod Goth. habet, bonum non est; opus nobis est voce quae idem fere denotet atque المكاشحة. Nequaquam igitur dubito quin legendum sit والقدار, infin. 3ae formae verbi قدر. Etenim كاشحوهم فى الحرب est, ut habet 'az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* صاربوهم تلقاء الوجوه, et قادرته est, ut idem habet, قاويته i. e. *certavi cum eo de robore, eum superare, vincere studui.* Quae Lexico addantur.

Pag. 254, vs. 16. Emendationem meam قريرة confirmat B. — Post اتوهمها istud منه bonum videtur, nam etiam in B. legitur.

—, vs. 17. Pro تفتن B. يفتن.

—, vs. 18. Pro الاسواء B. melius الاهواء. — Pro وتخبث idem habet ثم تخبث. — Etiam B. habet لقرين, quod ferri potest (*propter* socium).

—, vs. 5 a f. Pro الغاوى B. male العادى.

—, vs. 4 a f. Pro عليهم السلام B. عليهم صلوات الله.

—, vs. 2 a f. sq. Pro والباطن B. والبواطن; lege igitur: وهى الخواطر، لا يعلمها الّا „الفاطر„ والبواطن، لا يحيط بها الّا الظاهر الباطن„. — Pro فقد lege وقد ex B., qui pro بعد habet مع.

Pag. 255, vs. 1. B. ويذوى ثمر الدوحة الغنا فى التربية العضرا; igitur in textu legendum est ويذوى ثمر vel وتذوى ثمرة. — B. omittit وفى فصل منها.

—, vs. 2. Pro الغبى B. الفنيق. — Pro مديد lege ex B. سرير (quod voci مهد oppositum est). — Pro ودرج B. فدرج. — Emendationem meam الاذرع confirmat B., sed habet: الاذرع عالى المحل.

—, vs. 3. B. male omittit آرة (sic enim legendum esse, dixi p. 288, ann. 168). — Pro زينة habet رفعة, quod eodem redit. — Etiam B. اشرة habet, ut emendavi, sed hoc non, ut feci, أشَرَة pronuntiandum est, sed آشِرَة; vide quae infra dicam ad versionem huius loci.

—, vs. 4. Pro وقيّض B. وقدر (i. e. وقدّر) quod idem est.

—, vs. 5. B. العقوق والنفار; male, nam haec vox praecedit.

—, vs. 6. Pro تكون B. يكون, et ante يد addit فيها, quod non necessarium est.

—, vs. 6 et ann. c. Pro isto واهله, quod Goth. hîc habet, B. وولده et sic legendum est (باهله وولده). — In sqq. B. habet خروجا شنيعا فتق فيه.

Pag. 255, vs. 7. Pro ستى lege سِتْرِى ex B.

—, vs. 8. Post ويمنعه منها complura verba ex Göth. exciderunt, quae ex B. supplenda sunt. Sunt nempe haec: فسبقه الخبر، وفاتَه الوطر، واوى الى قلعة ذى الوزارتين القائد ابى ايّوب بن ابى[89] حصّاد سيّدى، وافضل عُدَدى، سلّمه اللّه فوجّهْتُ[90] الى اللعين أعْرِضُ عليه قبولَ عذره، وسرّبْتُ الخيلَ مع ذلك للاحاطة به وحصره، حتّى أَلْجَأَه ذلك الى التنصّل والاعتذار، واجاءه الى الاقالة والاستغفار، فاقبلتُه، وقَبِلْتُه، وعفوت الخ ✿

—, vs. 9. B. وملكه pro ماله, et لم اودبه (sine و).

—, vs. 10. B. كالعقرب التى لا تغنى مدارتها.

—, vs. 11. Pro واستحقر B. واختفر, cui substituendum foret واحتقر; sed propter parallelismum lectionem textûs praefero; praecedit enim 10ª forma in استصغر. — Restituenda est Codicis lectio (v. ann. *f* et *g*) فروى وسدى, ut etiam B. habet. روّى nempe est *contorsit* (v. c. funem) (فَتَلَ in 'al-Qāmūso) et سدّى est *stamina* telae *disposuit*. Est proverbialis locutio, quam alibi nondum inveni, sed quâcum conferenda est altera illa أَلْحَمْ ما أَسْدَيْتَ (الحم *intexuit* telae *subtegmen*); apud 'az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub سدى): وقد اسديتَ فأَلْحِمْ واسرجتَ فأَلْجِمْ. Sententia loci igitur haec est: *ita contorsit pannum eiusque stamina disposuit, ut parvus fieret quum tamen fuisset magnus.* Ad الصغرى et الكبرى substantivum quoddam feminini generis subintelligendum est. Sensus verborum idem est atque in praecedentibus استصغر ما اتى، واستحقر ما جنى ✿

—, vs. 12. Pro نقّ B. القّ. — Emendationem meam خساس confirmat B.

—, vs. 13. Pro الممتهنين B. male المستهنين, sed pro ادور rectissime ادرن. — In B. اللعين omittitur. — Pro الشنعة B. الفتْكة (additis vocalibus), quod multo melius est quia sic homoeoteleuton existit cum مسكة. Forma فتكة in Lexico enotata quidem non est, sed nota est v. c. ex proverbiali locutione فتكة البَرّاض. Quod vero ad vocales attinet, propter homoeoteleuton cum مُسْكة potius فُتْكة pronuntiarem; infinitivus enim فُتْك in usu est.

---

89) Sic recte in margine; cf. mei libri p. 257, vs. 10. In textu est احى (sic).

90) Ex margine; in textu est فوجهت.

Pag. 255, vs. 14. Pro Codicis Goth. رمن (ann. *i*) B. رمق, et sic lege. De voce رمق *res minimi momenti* annotavi supra p. 26 sq. huius Vol. Locus igitur sic constituendus est: — ان لم يطمع اللعين ان يساعده على هذه الفُتْكه، مَنْ فيه أدْنَى رمق واقلّ مُسْكه،، الخمر in B. omissum est, qui male habet ليحترى ويحربهم.

—, vs. 15. Pro ميز B. male ميْز aut ميْن sine puncto in ultimâ literâ.

—, vs. 16. B. male وتنسم معهم الشعوب.

—, vs. 17. Restitue يروم, quod etiam in B. est, et pro حام ex eodem lege قامَ.

—, vs. 18. Lege ex B.: فشعرتُ بالحركة وخرجتُ فلمّا وقعت عينه واعينهم علىّ. — In sqq. Cod. Goth. (quod monere neglexi) habet وتطارحوا خائفين خائبين, quae lectio bona est (*metuentes, spe frustrati*); sed B. unum tantum habet participium quod amicissimo Wright videtur خاءفين.

—, vs. 5 a f. B. omittit ان ante اسمع et pronuntiat مَنْ; igitur: او على غفلة مَنْ اسمعُ وارى ✿

—, vs. 4 a f. Pro كفرهم B. مكرهم.

—, vs. 3 a f. Post بنفسه adde ex B.: واخرجتُ الخيل فى اثره et ex eodem التىّ post سبق. — Emendationem meam الاسير confirmat B. — In sqq. habet سائر العصاة، وباقى الجُنَاة،، ✿

—, vs. 2 a f. Post اظفر الله بهم denuo ex B. supplenda sunt haec: اظفر الله بهم، ومكّن منهم واعثر على جميعهم،، ولم [91] يفلت احدٌ ولا فات منهم بشر، ولقد اتّفق [92] مِنْ صنع الله الجميل فيمن غَدَرَ وخَتَرَ،، ان فرّ اثنان منهم فتجاوزا [93] وادى شوش من شرقىّ قرمونة وكنتُ قد اخرجت خيلا للضرب على بلد باديس فخرجا هنالك الى ايدى تلك الخيل وهى منصرفة بما غنمت ولا علم لها بما وقع فثقّفوهما واستاقوهما وحصل فى قبضتى جميع الصبيان من العبيد المذكورين واقمت الخ ✿

—, vs. ult. Post فيهم B. addit والحمد لله كثيرا, et omittit يا سيدى.

---

91) Codex male ولا.
92) Codex انفق.
93) Codex فتجاوزوا.

Pag. 256, vs. 1. Pro الحسود B. male المحمود.

—, vs. 2 sq. Recte putaveram hîc aliquid excidisse; exciderunt nimirum, ut ex B. patet, novem voces, et sententia sic legenda est: „وطلوع المِحْنَة، من ابن المِنْحَة „والاعطيات وبالا ، وانعكاس بعض الهبات خبالا. Quae statim sequuntur sic leguntur in B.: وقد رايت هذه الحال على كل من جرى له او عليه من الاباء والبنين عقوق من السلف المتقدمين. Etiam hic textus corruptus est, sed ex utroque inter se collato Codice nunc sic legendum propono: وقد أَرَيْتُ هذه الحالُ على كلّ ما جَرَى له او عليه من الاباء والبنين، عقوقٌ من السلف المتقدمين„. Nempe جرى له est للابن et جرى عليه est جرى على الاب.

—, vs. 4. Lege ex B.: الّا ما شذّ لِواحدٍ من ملوك الفرس واخر من ملوك بنى العبّاس.

—, vs. 5. B. محاولته وارادته. — Idem male الناذر. — Istud الدائر etiam in B. exstare videtur, sed suspicor legendum esse الذائر a verbo ذار يذور.

—, vs. 6. Pro استبحاشة الذّمّ lege ex B. استباحة الذّم, et ex eodem التسامُح فيما.

—, vs. 7. Dele hamzam in يجرى. — Post المصونات haec ex B. supplenda sunt: ولولا دفاع اللّه تعالى لامتدّتْ ايدى السُّفّال فضلًا عن أَعْيُنِهم، واتّسع خرقٌ لا قوّةَ على رَتْقه معهم„ وقد قيل

(الطويل) هو الشيءُ مَوْلَى المرء قِرْنٌ مباينٌ   له وابنُه فيه عدوٌّ مُقاتِلُ ✿

Pro احنة ودمنة B. tantum habet محنة.

—, vs. 8. Post تعالى B. addit يايّها الّذين امنوا, a quibus verbis hic locus Qorānicus incipit. — Pro عدوا idem male عدو. — Post فاحذروهم B. haec addit: وقد استجلبْتُ من الغرب[94] ابنى محمّدا ملتزم شكرك، ومعظّم قدرك„ وثقه اللّه لأَقْعدَه مَقْعدَه، وأَسُدَّ به مَسَدَّه„ وارجو ان يكون أَوْطَأَ اكنافا وجوانب، وأَجْمَلَ[95] آراءً ومذاهب، وأَحْمَدَ اخلاقا وضرائب„ واللّه اسئلُ الخيرةَ فيما آتى وأَذَرُ، وأُقدّمُ وأُؤَخّرُ„[96] نفثت الخ ✿

—, vs. 9. B. om. يا سيدى. — Pro خروجا B. male habet حزوما.

94) Codex male العرب.
95) Codex male واحمل.
96) Perperam in Codice واقْدَمَ وأَخّره.

Pag. 256, vs. 10. Pro الخطير B. male الخصير. — Pro خبر فيه B. خبر منه, et post معتبر haec addit: وهو خبر فيه معتبر، وقلت ما له ظهور وظفر، والله يتم النعمى، ويكمل العقبى، ويوزع الشكر على ما أولاه بمنه واياه اسأل ان يجعلك فى حيز الكفايه، وجانب الوقايه، حتى لا تساء بقريب مأمون، ولا بعيد مضمون، بمنه وطوله ان شاء الله ۞

—, vs. 12. Lege cum B. (qui habet قال ابن حيان فى pro قال ابو مروان وفى): وفى سنة خمس وخمسين, vel, si omnes numeros indicare vis, وفى سنة خمس تواتر الخ وفى سنة خمس وخمسين واربعمائة. — Pro بان (in Goth. ابن; v. ann. *e*) lege cum B. أنّ.

—, vs. 13. Istud باسفلها, quod explicatu difficile est et ad sententiam minime necessarium, in B. omissum est. — Lege: التى منها ابدًا كان يُصاب مقتلُها, ut est in B. In Goth. sic legitur: التى كان منها ابدا كان يصاب مقتلها.

—, vs. 14. Pro نبض lege أنْبَضَ ex B., qui habet ابنه pro ولده, et omittit verba المتسمى usque ad عبده. — Pro النار B. melius كالنار, sed male omittit فى.

—, vs. 15. Pronuntiare debui أُرْسِل quia Goth. in praecedentibus نبض habet, et quia praeterea cogitabam de loco Qor'ānico (55, vs. 35): يُرْسَلُ عليكما شواظٌ من نارٍ; sed quoniam nunc أَنْبَضَ legimus ex B., hìc أَرْسَلَ pronuntiandum est. — Pro نار B. male نوار, sed rectissime pro لا يدر habet لا يذر i. e. لا يَذَرُ. — Pro اعلها مختنق B. مختنقها.

—, vs. 16. Pro وثنى B. وثَنَت, et pro تجرى habet وكان. — Post الله B. addit تعلى et الذى لا يغالب omittit.

—, vs. 4 a f. sq. Tota haec sententia inde a لامر اختلف usque ad من حتفه وقبل in B. omissa est, qui haec offert: وانصرف من طريقه اذ عظم عليه; quod doleo, nam dubito an hic locus sanus sit; sed pro عدوة in vs. 3 a f. sine dubio legendum est غزوة.

—, vs. 2 a f. B. omittit inde a نقلة usque ad وبين, sed addit مع قرب ante حليفهم. Optime procedunt haec: عظم عليه امر النجوم على مثل قرطبة مع قرب حليفهم باديس sed nihil conferunt ad verba, quae in A. sunt, وحذره لنزوله, et pro quibus certe exspectares وحذّره من نزوله, emendanda.

—, vs. ult. Pro فاستجبنه B. male فاستحبنه.

Pag. 257, vs. 1. Sententia والزمه usque ad عنه in B. omissa est.

Pag. 257, vs. 2 sq. فمشى من اشبيلية usque ad فرجع الى اشبيلية perperam omittit B., qui habet فاصاب فرصة.

—, vs. 4. بما قَدَّرَ (sic enim pronuntiandum est, *ut putabat*) in B. omittitur.

—, vs. 5 sqq. B. واحتملها مع امّه وحرمه. — Lectio ممًّا, quam etiam B. habet, restituenda est. — Pro غلّة B. male علة. — Sententia يتخال usque ad عنده in B. omissa est. — Pro مدابرا cum B. lege مبادرا.

—, vs. 7 sq. Verba ثغر usque ad مهربه in B. omissa sunt, qui post الجزيرة الخضراء haec habet: فظفر به وصرف بعد ان اضطرب الى ابن ابى حصاد بقلعته مستجيرا به فاجاره باسفل قلعته ولم يصعده اليها. In textu pro عليها (post والانتزاء بها) sine dubio legendum est عليه (*contra patrem*).

—, vs. 9—14. Haec omnia, inde a بعد ان usque ad تكريم in B. omissa sunt. — In vs. 10, ut vidisti, ex B. pro فاضطرّ legendum est فاضطرب, et in vs. 11 يصعده pro يصعد. — Vocem الحزن, quam vs. 12 scripsi, non probo. Codex potius الحزو quam الحذ habere videtur; iam quum punctum in ق finali in hoc Codice Africano saepissime omissum sit, lego الحزق, i. e. (animi) *compressio*, *angustia*. In vs. 14 istud فانزلهم (*Ismāīlem eiusque socios*) ferri quidem potest; attamen potius legerem فانزله.

—, vs. 14 — 6 a f. B. haec sic habet: وبادر بالكتاب اليه انه حصل لديه قصر (l. قسر) المعتضد بذلك وخاف بان (l. ان) يلحق ببعض اعدائه هنالك فاب اسمعيل ودخل اشبيلية ليلا. Igitur in vs. 14 pro الكتابَ legatur بالكتاب, et in vs. 6 a f. non vox مراجعة addenda est, ut ego feci (v. ann. e), sed pro فاجاب legendum est فآبَ, nempe فآبَ اسماعيل الى ابيه. — Post ونكب ex B. addatur به, quod addendum esse, iam suspicatus eram p. 293, ann. 201. — Pro قصره B. القصر. — Verba الى بعض usque ad عليه احد in B. omissa sunt.

—, vs. 5 a f. sq. B. وصرف على ابيه جميع ما كان تحمله من ماله حتى ان الخ. — Inter قصرت et عند restitue عنه, quod etiam B. habet.

—, vs. 3 a f. B. omittit الذين usque ad اثره. Non scripsit 'Ibn-Ḥaijān لاتّباع اثره, ut putavi; lectio Codicis لانتفاء ostendit eum scripsisse لاقتفاء اثره. Cf. *'al-Qāmūs* (p. ٣٤٩ ed. Calc.): سِمَةٌ فى باطن خُفّ البعير يُقْتَفَى بها اثره, et sic sexcenties.

—, vs. 2 a f. B. om. الى اشبيلية et pro بحملها habet بجملتها.

Pag. 257, vs. ult. B. om. تفوق قيمة, habet فاظفر et ليلوه.

Pag. 258, vs. 1. Pro انهم lege انه ex B., qui زعموا omittit. — B. ليده الحادثة. — B. om. وفضاحته et habet لطروقها. — Sequentia sic ex B. (qui tamen habet وفساده) lege: وافْساده لأَكْرَم أَعْضائه عليه (cf. ann. *b* et *c*).

—, vs. 2. B. omittit وعمده ثقاته et praeterea inde a وحيرت usque ad له; tum فى اذاة قرطبة ۞

—, vs. 3. Lege الانحطاط, quod uterque Codex habet.

—, vs. 4. B. om. قال ابو مروان وبلغنى et pro ان habet وكان. — Pro عليه cum B. lege له. — B. om. وتولى كبره.

—, vs. 5—7. B. om. محمد بن احمد et verba مختارا usque ad لحوطه نفسه; tum habet وكان اسمعيل قد رمى الى هذا الكهل الخ. — Restitue الى رايه, ut etiam B. habet.

—, vs. 8. Post يبارك adde له ex utroque Codice. — B. ابيه pro والده, et omittit وقسوته. — Pro فحسن ex B. lege فتَحَسَّسَ.

—, vs. 9. B. om. زعموا. — Ante اطراف B. recte addit بعض. — Idem om. العريضة. — Pro كيما يتقرر B. ليتغير. An كيما يقتدر? nempe ita ut pronomen in عليه spectet ad بعض اطراف.

—, vs. 10 — 2 a f. B. pro his omnibus tantum habet: وكان خرج معه وزيره هذا البزليانى فلما صرموا من قلعة الحصادى حسب ما تقدّم عجل عبّاد ضرب عنق البزليانى مع نفر من خواصّ ابنه واعتقله فدبر من مكان اعتقاله الهجوم على ابيه ۞

—, vs. 12. Pronuntia ووُفِّرَ et lege فارسًا ut est in Codice.

—, vs. 13 et ann. *l*. Restitue Codicis lectionem يعتاص.

—, vs. 2 a f. B. om. والتسور usque ad مكانه. Pro كيف sine dubio legendum est كَىْ.

—, vs. ult. — p. 259, vs. 6. Pro his omnibus B. tantum: الموكلون به فظفر بهم واتى عليهم وطمس اثر ولده وقطع دابره فكأَنْ لم يكن قط اميرا ولا انفد (انفذ .l) حكما ولا قاد جيشا ۞

—, vs. ult. et ann. *p*. Vox يتمناه, in quâ pronomen spectat ad الامر, in textum revocanda est. 2ª forma verbi منى hic est *promisit*, ut in locis apud Amari *Bibl. Arab.*

Sicul. p. ٩٥٣, vs. 5, et apud Matthiessen, *Historia chalifatus al-Motacimi*, p. 58, ubi مَنَّاه coniungitur cum وَعَدَه. Phrasis مَنَّاهم ببلوغ الامل بتمامه significat igitur: *promisit iis, ipsos id quod desiderabant assecuturos, si res ad finem perduceretur* (bonum haberet eventum).

Pag. 259, vs. 1. Pronuntia يُقْلِه.

—, vs. 4. Pronuntia وَقَطَعَ دابِرَه.

—. vs. 5. Pro شاء lege يَشاء.

—, ann. 1. Legendum esse مدْرَه ختر, dixi Vol. II. p. 259.

—, ann. 3. Cf. etiam Vol. I. p. 360, ann. 202.

—, vs. ult. et p. 260, vs. 1. Collatis iis quae nunc ad textum dixi, legendum est: praepotens qui imperii res contorquebat quasi et firmas reddebat, dum eas dissolvebat.

Pag. 260, vs. 2 sq. et ann. 6. Pro verbis: sine proposito — pepercit, lege: a viâ aberrans, qui tamen in rectâ viâ erat; (a sociis in itinere) separatus, qui tamen (terram) peragrabat cum iumentis quae servavit. — Legendum est, ut ad textum dixi: ومُنْبَتّ قَطَعَ بما أَبقى. Spectat hîc 'Ibn-Bassām proverbium quod secundum est in 'al-Maidānīi opere (I. p. 2 ed. Freytag): انّ المُنْبَتّ لا ارضًا قَطَعَ ولا ظهرًا أَبْقَى, *Qui* (nimium festinans, a sociis in itinere) *separatur, neque terram peragrat, neque iumentum servat*, quodque adhibetur de eo qui, nimis festinans, id quod vult non assequitur (vide textum 'al-Maidānīi quem dedit Quatremère in *Journal asiat.* III[e] série, IV, p. 523). Sed auctor noster hoc proverbium non citat, sed tantum ei alludit.

—, ann. 7. Cf. Vol. II. p. 259.

—, vs. 6. Pro: semper — vexatus, lege: nunc laboriosus, nunc otiosus.

Pag. 261, vs. 1–3. Haec nunc correxi ad textum h. l.

—, ann. 9 deleatur.

—, vs. 4, et ann. 10. Lege: Iste vero ('al-Mo'taçid*us*) continenter secabat et demetiebatur. Ann. 10 sic emendanda est: Metaphora a coriariis et vestiariis desumta est, qui corium aut pannum *demetiuntur* et *secant*. Az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub خلق): خَلَقَ الجزّار الاديمَ والخيّاطُ الثوبَ قدّره قَبْلَ القطع; 'Ibn-Bassām apud Amari *Bibl. Arab. Sic.* p. ٩٥١, vs. 7: فرى الاديم; 'Ibn-Çaldun in *Hist. Berberorum* (II. p. ٧٤ ed. de Slane): فرى بهم المستعين اديمَ دولته.

Pag. 261, vs. 5, et ann. 12. Lege: et in quovis colle deceptor. Ann. 12 deleatur.

—, vs. 9 sq. Pro *die sexto* lege *die septimo*. Scripsi hic *Ǵomādāe primae*, quum in textu Arabico est *Ǵomādāe secundae*. Hoc vero non negligentiae tribuendum est, nam credo sic legendum esse, et errorem esse in verbis 'Ibn-Ḥaijān*is* hic et infra Vol. II. p. 61 sq. Feriae quas indicat conveniunt mensi Ǵomādāe primae anni 461, qui incipit Feriâ quintâ (26 Febr. 1069), non vero mensi sequenti, qui incipit Feriâ septimâ; magis certe conveniunt, nam feriae non ubique recte indicatae videntur.

—, vs. ult., et ann. 14, p. 262, vs. 1, et ann. 15. Ad textum huius loci nunc dixi, duas literas mutandas esse, ita ut legatur: »وراحض العار، ومُدْرِك الاوتار«. De utrâque phrasi videamus. Diu putavi phrasin دحض العار bonam esse, donec dubium mihi movit locus ex epistolâ 'Ibn-Ḥaijān*is*, qui in primo 'Ibn-Bassām*i* Volumine legitur (fol. 152 r.). Est hic: »لله درّهم مِنْ حُماة حقائق ومُدْرِكي اوتار، ورخضة عار«. Ibi igitur prima litera non est د, sed ر; pro رخضة عار lego رَحَضَة عار (plur. participii راحِض). Significat enim رحض *lavit*, et plane ut dicimus *laver une tache*, *laver une injure*, *un outrage*, Arabes dicunt رحض سَوْءَةً, teste 'az-Zamaćšarīo in *Asāso 'l-balāga*, qui sub رحض habet phrasin: هذه سَوْءَةٌ لا ترحضها عنك. Denique verbum extra dubium ponitur tum parallelismo in altero illo loco quem in ann. 14 citavi, ubi verbo رحض respondet غسل, quod idem exprimit, tum testimonio libri *Kitābo 'l-'alfāẓ*, cuius praestantissimum Codicem possidemus (MS. 1070), in quo haec exstant (fol. 50 v.) هذا فِعْلٌ يَرْحَضُ عنك العارَ اى يدفعه ويغسل عنك العارَ. Cf. 'al-Maqqarī II. p. ٧٩٧, vs. 12: »لم يدركوا فى المسلمين ثارا، ولم يرحضوا عن انفسهم عارا«; 'al-Ḥarīrī p. ٣٦٤, vs. 6 ed. 1ae. In illo igitur loco, quem edidi in meis *Recherches* II. p. xviii, vs. 2 ed. alt., etiam legatur حتّى رحض عارها. — Quod ad alteram phrasin attinet, dicitur, teste 'az-Zamaćšarīo in *Asāso 'l-balāga* (sub وتر): طَلَبَ وَتْرَه وتِرَتَه, et sic etiam dicitur مُدْرِك الوَتْرِ; cf. اِدْراك التِرَة in meis *Recherches* I. p. lxiv, vs. ult. ed. alt.; dubium igitur non est quin istud مدرك ex مدرك corruptum sit. Altera lectio مالك etiam ex مدرك corrupta videtur, quod facile fit in Codicibus Africanis. Vidisti praeterea, in altero illo 'Ibn-Ḥaijān*is* loco, quem nunc adduxi, plane eodem modo atque in nostro textu locutiones رحض العار et

الاوتار ادرك coniungi. — In versione igitur pro verbis: *pulvere — odia hominum*, haec lege: *laverat opprobrium et simul odium expleverat.* Cogitandum est de victoriis quas ·al-Mo·taçidus reportavit de Berberis, quos vehementer oderat quique ab 'Ibn-Ḥaijāne opprobrium Hispaniae vocantur.

Pag. 262, vs. 4—6. Lege: Magis quam caeteri omnes nervos intenderat ut adscendederet, magis quam caeteri omnes adscenderat coelum suum petens, magis quam caeteri omnes desiderio caet.

—, vs. 9. Lege: et quae cito eum occiderat.

—, vs. 10. Lege: similem fuisse apoplexiae.

—, vs. 12. De tempore vide ad textum h. l.

—, vs. 6 a f. Lege: et perfidiam quâ clientes tractabat.

—, vs. 2 a f. et ult., et ann. 21. Lege: hae eius indolis proprietates tales erant, ut ne proximos quidem cognatos ab iis exciperet (i. e. etiam hos magnâ crudelitate tractabat).

Pag. 263, ann. 22. Verbum تَقَيَّلَ semper cum accus. p., non vero cum ب pers. construitur. In loco enim, quem in hac annotatione descripsi, pro 'بنجارة' ex Cod. B. legendum est نجارة. Caeterum cf. ·al-Maidānī I. p. 244, n⁰. 104, et *Kitābo 'l-·alfāż* (MS. 1070 fol. 5 r.): يُقال فلانٌ يتقيّل اباه ويتلو اباه ويَحْذو حَذْوَه.

—, vs. 1. Lege: ·ibno-'l-Mo·tawakkil. *

—, vs. 7. Lege: quae terrent eum qui ea audit, et quanto plus eum qui ea vidit.

—, vs. 8. Pro *duri animi* potius lege: *acuti ingenii.*

—, vs. 9 — p. 264, vs. 4, et ann. 26. Restitutâ Codicum lectione مِنْ ante تَوفَّرَ, locus sic vertendus est: Durante suo imperio, quod ordinavit ope cuspidum hastarum et in quo inprimis occupatus erat bellis suscitandis, regibus decipiendis, regionibus turbandis, et opibus haereditate acceptis diligenter custodiendis, minime tamen neglexit, copiosissimam quam iam possidebat portionem ex rebus quae ad regem pertinent, ex apparatu regio et principis ornatu, augere. — Annotationi 26 substituatur haec: Lexico addatur, 5[am] formam verbi وفر significare *auxit*, quod etymologiae consentaneum est.

Pag. 264, vs. 7—10. Lege: et quorum cohortes rexit (copiosa iis dans stipendia, maiora iis promittens si rectâ in hostem tenderent, exsequens quae minatus erat si timidi

hostem aggredi non audebant) tam praeclaro modo, ut hunc sequi difficile esset eius adversariis ex regibus Hispaniae.

Pag. 264, ann. 30 et 31 deleantur.

Pag. 265, vs. 4. Cf. Vol. I. p. 368 in annot.

—, vs. 5 et ann. 35. Lege: Hostium membris erat hortus caet. Ann. 35 deleatur.

—, vs. 7. Lege: in auribus schedulis instructa quum essent, in quibus caet. (Nam قرّط non proprio sensu hîc positum est.)

—, vs. 11. Est ut nos diceremus: dans chaque affaire il avait une arrière-pensée, un but qu'il cachait.

—, vs. 6 a f. sq. Melius: qui Cordobae imperium evertit.

Pag. 266, vs. 6 et ann. 44. Lege: Faciat Deus, o tu cuius conamina bene directa sunt, ut tibi prosit capitum fructus quem hae plantae proferunt. — Posterior pars annotationis 44 deleatur. هَنَاكَ, ut saepe, est pro هَنَأَكَ, et ludit poëta in nomine ćalīfae المَهْدِىّ بالله.

—, vs. 10 sq. et ann. 45. Lege: Quantam admirationem hi horti auribus movebunt, quando de iis narrantes audient chartarum nuntios. — Ann. 45 delenda est.

—, vs. ult. Deletis punctis quae hîc posui et annotatione 47, legendum est: ut ea hospitio exciperet, non vero ut ea honore afficeret. — Solent nimirum Arabes verbum أَكْرَمَهُ cum verbo ثواه coniungere; qui enim aliquem hospitio excipit, eum simul honore afficere studet. Az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub ثوى): ثَوَى بالمكان وأَثْوَى اقامَ وفلانٌ اكرم مَثْوى ـ . ـ وأَنْزَلَنى فلانٌ فأَثْوانى إِثْواءً حسنًا وثَوّانى تَثْوِيَةً حسنةً. In *'al-Hamāsā* (p. ٧١٩) est versus:

(الطويل) فانْ شِئْتَ أَثْوَيْناكَ فى الحَىِّ مُكْرَمًا   وإِنْ شِئْتَ بَلَّغْناكَ ارضًا تريدها

Et sic saepe legitur أَكْرَمَ مثْواه, ut in meo libro infra Vol. II. p. 241, vs. 2 a f.; apud 'Ibno-'l-Ćatīb (MS. Cl. de Gayangos fol. 29 r.); *Noct. Arab.* II. p. ٢٨٨, vs. 1; p. ٢٩٧, vs. 4 a f. ed. Macnaghten caet.

Pag. 267, vs. 1 sq. Lege: Manebant illa, hospitio excepta, apud eum.

Pag. 268, ann. 56. Vox سريرية occurrit etiam apud 'Ibn-Badrūn*um* p. ٢٣٣ ed. meae.

—, vs. 3 a f. et ann. 58. Lege: quam quis momordit. Ann. 58 deleatur.

Pag. 269, vs. 7. Lege: Me tamquam obedientem (سلسا) camelum ducit; capistro cohiberi videor.

—, vs. 8. Hunc versum non recte verti, quia ad vim particulae اذا non attendi. Lege igitur: Pro cortinis habebit arborum folia, quando cantabit in ramo. — Dicit nempe poëta, puellam illam tam egregie cantare, ut, si ramo insideret et arborum foliis loco cortinarum tecta esset, canora esset avis.

Pag. 270, vs. 13. Lege: Profecto! In meam potestatem devenisti, o Ronda!

—, vs. 14 sq. Lege, ut partim dixi Vol. II. p. 259:

Nos te donaverunt lanceae et gladii acuti,

Et exercitûs fortes, in quibus fortitudo ad summum terminum pervenit.

—, ann. 71 deleatur et vide ad textum h. l.

Pag. 271, vs. 1 et ann. 73. Antithesis docet, pronuntiandum esse تَبْلَى a بَلِيَ *trita fuit* (vestis), et quantum video, versus nihil aliud significare potest nisi hoc: *Teretur* (*semper*) *a me eorum error, ut semper mea ambitio se renovet*, vel ut nos diceremus: Pour me tenir en haleine, je ne cesserai jamais de combattre ces mécréants.

Pag. 272, vs. 9. Lege: 'Ibn-Jahjā. *

Pag. 273, ann. 80. Est sine dubio خَلْعَة.

—, vs. 4 sq. Lege: et qui etiam excitarunt ipsorum principem, Mohammed*em* 'ibno-'l-Qāsim, ut cum ipsis faceret. Studio caet.

—, vs. 7. Pro: eorum domino nobilitate, lege: eorum propugnatori in rebus gravissimis.

—, vs. 8 et ann. 81. De his vide nunc ad textum, supra p. 97 sq.

—, vs. 10—14. Haec nunc correxi ad textum h. l.

—, ann. 82 delenda est.

—, vs. 3 a f. sq. et ann. 85. Lege: erat ut is qui firmos montes propellere studet, vel ut is qui serpentes surdos fascinare vult; omnes enim petulanter currebant in hippodromo erroris. — Ann. 85 deleatur.

Pag. 274, vs. 2 sq. et ann. 87. Lege: in terram 'Ibno-'l-Aftasi, penetraverunt in regiones depressas et altas, et talia caet. — Annotationi 87, quae delenda est, substituatur haec: Phrasis غار وأنجد, idem fere denotans atque altera illa أتهم وأنجد, frequentis est usûs. Uno igitur exemplo, ex 'Ibn-Bassāmo petito, defungar. Ait (MS. Goth.

fol. 112 v.): استوزره المأمون، يحيى بن ذى النون، عدّة سنين، ورمى اليه بيده، فى تدبير بلده، فاستقلّ باعباء ما قلّد، وغار ذكره وانجد ✿

Pag. 274, vs. 3 sq. Credo me haec recte vertisse, nam constructio docet, قرفت ad فعلات pertinere, et قرف idem est atque نكأ; 'az-Zamaćšarī in *Ásāso 'l-balāga* (sub نكأ): نكأت القرحة قرفتها بعد البرء فنكستها. Sed dubito an 'Ibn-Ḥaijān hanc phrasin, in quâ aliquid contorti et insoliti est (nam detractâ escharâ iterum nudare *crimina* sanum sensum non praebet), recte adhibuerit. Habent Arabes phrasin قارف ذنبا. Az-Zamaćšarī (sub قرف): قارف الخطيئة خالطها وهل قارفت ذنبا وقارف امرأته. Haec autem adhibetur de personis, non de rebus; in eâ 3ª forma non est نكأ, sed خالط, et etiam 8ª forma de personis adhibetur (cf. 'al-Harīrī p. ٥٩٨, vs. 1 commentarii ed. 1ae).

—, vs. 6 sq. et ann. 88. Pro: Inter se — poterat, lege: Aequo Marte pugnatum est. Ann. 88 deleatur et cf. quae nunc dixi ad textum.

—, vs. 8. Fieri potest ut pronomen ها in واديها spectet ad وقعة, utque haec locutio sit metaphorica; verbum enim خاض sic metaphorice de bello dicitur, ut in versu 'at-Tirrimāḥī (apud 'az-Zamaćšarī in *Ásāso 'l-balāga* sub انس):

(الخفيف) كلّ مستانس الى الموت قد خا ض اليه بالسيف كلّ مخاض

Az-Zamaćšarī (sub حوم): خاض حومة القتال ولم يزل خوّاضا حومات الحروب; *Noct. Arab.* IV. p. ٣٤٣ ed. Macnaghten: خوض بحار الحرب; sed quia quae sequi debebant desiderantur, nihil affirmare audeo.

—, vs. 11. Vide quae nunc dixi ad textum h. l.

Pag. 275, vs. 4 sq. Contextus docet, pronomen ه in غيّر بلده spectare ad 'Ibno-'l-Aftas*um*, non vero ad 'al-Mo'taçid*um*; necesse itaque est ut غيّر significet *devastavit*, *depopulavit*. Et sic saepe غيّر est *in peius mutavit* (Freytag tantum habet *in melius*), ut in libri mei Vol. I. p. 307, vs. 12; in versu apud Mehren, *Die Rhetorik der Araber*, p. 144:

(الكامل) يا دار غيّرك البلا ومحاك يا ليت شعرى ما الذى ابلاك

Haud dissimilem significationem habet Petrus de Alcala (*triste* مغيّر, *tristeza* غيار), et cf. 5ª forma (*s'attrister*) apud 'Ibn-Badrūn p. ٢١, vs. 7 ed. meae.

Pag. 275, vs. 7 et ann. 93. Legendum esse: *subditos diuturnâ fame afflixit*, et ann. 93 esse delendam, dixi Vol. II. p. 260.

Pag. 276, vs. 1 sq. Lege: Has igitur quaesivit eius legatus, sed tunc temporis Cordobae nullae erant. Invenit tandem regi duas caet. — Ann. 96 deleatur.

—, vs. 7—9 et ann. 99. Lege: Mirati vero sunt viri sapientiâ praediti, eum se monstrasse futilia curantem tempore quo bella vetabant strenuis viris, omnes vires intendentibus, mulieres ostendere, dum tamen prae se ferebat, se virum esse literatum doctumque. — In annotatione hîc addendum est, locutionem شهّر نفسه (vel fortasse in 1ª formâ) significare *se faire connaître* (ut apud 'Ibn-Badrūn p. ٢٥, vs. 7 ed. meae) بشىء *par quelque chose.* — Prima pars ann. 99 deleatur, et in fine de locutione للآزرة haec addantur: Proprie عقد الأزْر est *cingulum firmiter nodavit, se accinxit.* 'Az-Zamaćsarī in *'Asāso 'l-balāga* (sub ازر) habet hemistichium:

(الكامل) والطيّبون معاقدَ الأُزُر

qui boni sunt quod attinet ad loca ubi cingula nodantur, i. e. fortes, strenui.

—, ann. 100 deleatur, nam nunc عن legendum esse puto.

—, vs. 10. Lege: Aemulatus nempe est inimicum 'al-Mo'taçid*um* caet. et ad 3ªᵐ formam verbi نغى cf. Vol. I. p. 355, ann. 167.

—, vs. 12. Lege: 'Abdo-'*r*-rahīm*um*, ut dixi Vol. II. p. 260.

—, vs. 2 a f. Lege: sed unusquisque sciebat (est enim العالَم, non العالِم) illum gravibus negotiis nimis occupatum esse quam ut istas curaret.

Pag. 277, ann. 103 deleatur.

—, ann. 104. Est reverâ 2ª forma *facilem reddidit*, ut suspicatus eram. 'Al-Gauharī (in سنا): وسنّاه فتحه وسهّله قال الشاعر

(الطويل) وأَعْلَمُ عِلْمًا ليس بالظنّ انّه اذا اللّه سنّى عَقْدَ امرٍ تَيَسَّرا

'Az-Zamaćsarī in *'Asāso 'l-balāga:* سَنَّيْتُ لك الامرَ يَسَّرْتُه, et tunc eundem laudat versum, sed prioris hemistichii aliam habet redactionem. In 'Ibno-'s-Sikkīti *Kitābo tahdībi 'l-'alfāt* (MS. 597 p. 70) exstat versus:

(الرجز) لولا ابو الفضل ولولا فَضْلُه لَسُدَّ بابٌ لا يُسَنَّى قُفْلُه

cum hac explicatione: لولا فَضْلُ ابى الفضل ما وصلتُ الى شىء مِمّا كنتُ التمسه. Cf. etiam in meo libro Vol. II. p. 200, vs. 4.

Pag. 277, vs. 9—11. Collatis iis quae nunc ad textum dixi, locus, deletis punctis, sic legendus est: principem ·al-Ģezīrae ·al-ċaçrā.ae, portûs Hispaniae ex quo traiectus est in Africam, ex quâ Hispania a Moslim*is* occupata est et a quâ (ومِنْ قِبَلِهَا) antiquitus ei gravis illa res accidit. — In postremâ phrasi, ut in praecedenti, sermo est de Moslim*orum* invasione in Hispaniam.

Pag. 278, vs. 6 sq. et ann. 107. Mea versio, de quâ ipse dubitabam ut patet ex annot., non satis accurata est. Verbum عطف proprie est *inclinavit*, *flexit*; respondet verbo مال (عطفتُ اى مِلْتُ ·al-Ģauharī), et ب in بكلامه est باء التعدية, ut in مال ب; cf. supra in meo libro p. 179, ann. 27. شحذ بصيرةَ فلانٍ est *alicuius ingenium acuere*; ·az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga*: اشْحَذْ له غربَ ذهنك وهذا الكلام مشحذةٌ للفَهْمِ. Quod denique attinet ad الميتة الجاهلية *mors pagana*, tenendum est huius aetatis scriptores anarchiam, quae collapso imperio exstitit, constanter cum temporibus ante Mohamme*dem* comparare; cf. v. c. locus 'Ibn-Ḫaijān*is* in meo libro p. 248, vs. 16, ut alios omittam. — Totus locus, deletis punctis, dubitationis signo et ann. 107, sic vertendus est: Sermonem, ut narrant, eo deflexit, ut eos attente considerare iuberet quantopere salutare esset 'Imām*atum* conservare et paganam evitare anarchiam.

—, vs. 17. Pro *notus erat* legendum est *imperium exercuit*, si vera sunt quae dixi supra p. 98.

—, vs. 5 a f. Pro: et tamquam gentis princeps notus erat, lege: et per longum tempus imperium exercuit. — Phrasis دال قَرْنًا opposita est illi quam supra habuimus دال مُدَيْدَةً; قرنا igitur hìc necessario est *per longum tempus*.

Pag. 279, vs. 2 et ann. 113. Pro *'Omar* lege *'Amr*. Nomina enim generalia apud Arabum grammaticos, ut Caius et Titius apud ICtos Romanos, sunt Zaid et 'Amr; imprimis vero iis utuntur ut doceant discrimen inter subiectum et obiectum; tunc enim dicunt: ضَرَبَ زيدٌ عمرًا; quae phrasis, quam hìc spectat 'Ibn-Bassām, originem dedit faceto dicto de cute miseri istius 'Amr*i* innumeris vicibus verberati; vide 'Ibn-Ćallicān Fasc. XI. p. ١٣٧, vs. 1 et p. ١٣٩, vs. 1—3 ed. Wüstenfeld.

Pag. 279, vs. 7 sqq. Quamquam hic locus lacunis valde vexatus est, eius tamen sensum perspicere mihi videor. Quae supplenda sunt uncinis quadratis includam. Sensus hic est:

Quum itaque firmum esset eius imperium Šilb*i* (Silves), quae remotissima est metropolis Occidentis, primum [profectus est ut conveniret] ḫāgib*um* 'Ibn-Nūḫ, regulum provinciae Moron, nullâ praemissâ adventûs significatione aut annuntiatione. [Nullum secum habebat praeter duos servos,] qui eius adventum annuntiare debebant [97] et multas opes portabant. Sic audacter periculo se obtulit, quod [fortasse in] fatis [erat], nam nesciebat utrum res prospere an male succederet. Pervenit itaque ad hunc 'Ibn-Nūḫ*um*. Erat hic vir [98] qui non curabat cuiusnam sanguinem hauriebat, [nec quale] facinus perpetrabat. Honorificentissime eum excepit 'Ibn-Nūḫ*us* et se omnibus eius iussis obediturum declaravit.

Pauca quae statim sequuntur omittere debeo, quia verba quae in Codice supersunt, non sufficiunt ad sensum divinandum.

Pag. 280, vs. 2—7. Lege: Deinde profectus est versus 'Ibn-'abī-Qorra, qui Rondae princeps erat, quem ipsum eodem modo tractare coëgit [121]) et cui eodem modo calceum secuit [122]). Haec iis tanquam beneficia annumeravit, at erant ei modus quo dolum et quas moliebatur insidias ad finem perducere volebat. Unus tamen ex Berberor*um* ducibus bonum de eo consilium dederat, volueratque ut eum, propter id quod machinabatur, (Berber*i*) subito conficerent. Berbericâ igitur linguâ utens, tunc temporis ad suos amicos de eius perfidiâ verba fecit, iisque innuit quomodo ab eius damno tuti esse possent.

In annotatione haec mutanda et addenda sunt:

121) De verbo سام (alicui rem perficiendam imponere, quam perficere non amat ille) vide locum 'Ibn-Doraid*i* quem dedi Vol. II. p. 81. Exempla habet 'az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga*: سُمْتُ المرأةَ المعانقةَ اردتُّها منها وعرضتُّها عليها قال.

---

97) نَبَّهَ cum acc. p. et على alt. est *appeler l'attention de quelqu'un sur*, ut in locis 'Abdo-'l-wāḫid p. ١۴٣, vs. 10, et p. ١٧۴, vs. 11 ed. meae.

98) De locutione مِنْ رَجُلٍ v. mei libri Vol. I. p. 259, ann. 1.

(الطويل) اذا سُمْتُه وَصْلَ القرابة سامَنى قطيعتَها تلْكَ السفاهةُ والظُّلْمُ

Pronomen هَا in مثلها et in نعلها sensu neutrius generis est.

122) Ad phrasin حذا له النعل cf. ·az-Zamacšarī : حَذَا الى النعال نعلًا قطعها على مثال وحذوتُ النعلَ بالنعلِ قطعتُها مُماثلةً لها ☆

Ann. 123 delenda est.

Pag. 280, vs. 14 sq. Lege: ·Ibn-Cazrūn, qui tunc temporis Arcosi regnabat. Sed hei illi! nam illi, legati instar ad regem accedenti, non profuit adventus!

—, vs. 7 a f. Lege: et gladiis potestatem concessit de iis omnibus.

—, ann. 127. Verbum تمرّس بفلان proprie est *affricuit se* alicui, احْتَكَّ به ut habet ·al-Ǵauharī. Multa et animadversione dignissima de eo habet ·az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga*.

Pag. 281, ann. 128. مولد etiam *horoscopum* significat in loco ·Ibn-Ḥaijānis quem descripsit ·Ibno-'l-Äbbār (in meis *Notices sur quelques manuscrits arabes* p. 149, vs. 5 a f.).

—, vs. 7. De pronuntiatione huius nominis proprii vide meam *Histoire des musulmans d'Espagne* IV. p. 65.

—, vs. 10—12 et ann. 130. Lege: ubinam situs est campus Marochii? Occupaverunt eum; sed quid hoc refert? Mortuus est ·al-Ḥaggāg, sed quid hoc? — In ann. 130, cuius ultima pars delenda est, non فَمَهْ, sed فَمَهْ legendum est; est enim abbreviatum interrogativum ما cum هاء الوقف; cf. ·az-Zamacšarīi *·al-Mofaççal* p. ٥٩, vs. 4, et p. ١٩٣, vs. 1 sqq. ed. Broch.

—, vs. 13. Lege: deserta sterilia. — Dele vocem *nostri*.

Pag. 282. De geographo Äbū-·Obaid ·al-Becrī fuse egi in primâ editione mearum *Recherches* (p. 282 sqq.), ubi complures textûs arabicos de eo edidi; brevius in editione alterâ I. p. 268 sq.

—, vs. 15. Lege: ·ibn-Ǵahwar, ut dixi Vol. II. p. 260.

—, vs. 17. Pro: paravit se deinde, legendum esse: bellum deinde gessit, dixi Vol. II. p. 260.

—, ann. 132. Ubique scribendum est ولبة; cf. ad textum. Caeterum pro جبل عيون lege جبل العيون, ut recte est in ·al-·Idrīsīi Codicibus.

Pag. 283, ann. 133. Cf. p. 324, vs. 3 a f. text. Arab.

—, vs. 1 et ann. 135. Legendum esse: Hunc petiit cum exercitu cui caet. et ann. 135 delendam esse, dixi Vol. II. p. 260.

—, vs. 9. Lege: quae stante imperio, iam ab antiquis inde temporibus, muneribus functa fuerat. — Hic enim est sensus verborum 'Ibn-Ḥaijān*is*.

—, vs. 10. Vocem *epistolarum* delendam esse, dixi Vol. II. p. 260.

—, vs. 12. Lege: ita ut hanc ob causam statim ad 'al-Mo'taḍid*um* legatos mitteret. — Pronomen in بها spectat quidem ad وسائل واذمّة, sed praepositio ب non pendet a verbo بعث, nam وسائل واذمّة *mittere* non possumus.

—, vs. 5 a f. sq. Lege: Haec eius propositio illud ipsum erat quod 'al-Mo'taḍid*us* cupiebat, et res ei plane ita eveniebat (ردّ الامر), ut eam evenire debere apud se constituerat. Igitur suum manifestavit caet.

—, vs. 3 a f. sq. Post *aditum*, legendum esse: navibus omnes opes ad insulam Šaltīš*i* transportavit, dixi Vol. II. p. 260.

Pag. 284, vs. 2 et ann. 140. In Glossario ad 'Ibn-'Adārī*um* dixi, قطع بفلان significare *couper le chemin à quelqu'un.*

—, vs. 4 et ann. 141 (prima sententia). Haec correxi Vol. II. p. 260.

Pag. 285, vs. 2. Pro: unicus est inter, lege: superat.

—, vs. 9 sq. Haec correxi Vol. II. p. 260.

—, vs. 8 a f. — 5 a f. Haec nunc correxi ad textum huius loci; vide supra p. 101 sqq.

Pag. 286, vs. 1, et ann. 149. De his vide quae dixi Vol. II. p. 260. Eadem phrasis legenda est p. 254, vs. 1.

—, vs. 6 sq. et ann. 150. Lege: et cuiusvis voluntati permitte hunc perfidum et periurum vituperare. — Ann. 150 deleatur et cf. quae nunc dixi ad textum huius loci.

—, vs. 11 et ann. 152. Non credo سَوّى esse *complicavit*, sed *laevigavit*.

—, vs. 13, et ann. 153. Lege: dum oculus 'al-Mo'taḍid*i* eum ab imis unguibus usque ad verticem summum perscrutabatur. — Est phrasis de quâ dixi; deleatur itaque ann. 153.

—, ann. 154. Eodem sensu 3ª forma verbi سهم occurrit in 'Ibno-'l-Catīb*i* *Mi'jāro 'l-'ictibār* (p. 7 ed. Simonet): المساهمة فى الفجائع.

Pag. 287, ann. 157. Az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* habet locutionem: شَرَّعَ الباب الى الطريق; sed locus ad quem provocavi (p. 255, vs. 6 a f.) aliter legendus est ex B.; vide supra p. 107.

—, vs. 4 sq. Haec nunc correxi ad textum huius loci.

—, ann. 158 et 159 delendae sunt.

—, vs. 8. Lege: In socordem, erga patrem inobsequentem, exsecratum qui semper mihi adversabatur, 'Ismā'ilem caet.

—, vs. 11. Pro *honore* lege *fide*.

—, vs. 14. Lege: excitavi eum ad bella gerenda.

—, vs. 6 a f. Lege: sub meo corpore prunam accendere.

—, vs. 5 a f. sq. Lege: contuleram, eoque utebar in bellis et pugnis, propter caet.

Pag. 288, vs. 11. Lege: intima et occulta cognita tantum habet is qui caet.

—, ann. 165. Caeteris deletis, legatur tantum: الظاهر والباطن vocatur Deus in 'al-Qor'āno (LVII. 3).

Pag. 289, vs. 1 et ann. 169. Pro *improbum* lege *petulantem*, et annotationi 169 substitue hanc: In textu آشَرَهُ, 4ª forma verbi اشر, quam formam, Lexico addendam, extra dubium ponit sequens أَبْطَرَهُ. Etenim أَشِرَ idem est atque بَطِرَ; 'az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub اشر): فلانٌ بَطِرٌ أَشِرٌ; 'al-Gauharī sub اشر: الأَشَرُ البَطَرُ, et sub بطر: البَطَرُ الأَشَرُ; cf. 'al-Baiḑāwī ad Sūr. 8, vs. 49. Saepissime coniunguntur haec vocabula, ut apud 'Ibn-Ǵobair p. ٢١٩, vs. 4 a f. ed. Wright; *'al-Qalāyid* (MS. A. I. p. 194): قد أَعْماكم عن مصالحكم الأَشَرُ، واضلّكم ضلالاً بعيدًا البَطَرُ; 'Ibno-'l-Ćatīb in *Mi'jāro 'l-'ićtibār* (p. ٣٩ ed. Simonet): يقومها ذوى (l. ذوو) بَطَرٍ وأَشَرٍ. Respondet igitur 4ª forma verbi اشر 4ᵃᵉ formae verbi بطر.

—, vs. 5. Post *devitare* excidit phrasis: qui ei tamquam pulchram rem proposuerunt inobedientiam erga patrem et fugam. — Sequentia sic lege: et fugam, cui se eo consilio committere debebat ut ille solus caet.

—, vs. 7 sq. Lege: Nocte itaque quâdam cum suis uxoribus liberisque e meo palatio erupit, cortinis mei gynaecei laceratis, petens caet.

—, vs. 11. Quae nunc ex Cod. B. supplevi, sic vertenda sunt (post *arceret*): Prae-

vertit eum igitur fama, effugit ei id quod volebat, et se recepit ad castellum viri utroque viziratu ornati et centurionis Abū-Aijūb ·ibn-·abī-Ḫaççād, domini mei optimique inter meos adiutores, quem Deus incolumem servet! Misi tunc ad maledictum, ei significans me, si se excusare vellet, eius excusationem admissurum, sed simul equites misi, qui eum circumdarent et in angustiam redigerent; quo factum est ut cogeretur ad se excusandum et veniam petendum, utque compelleretur ad condonationem et impunitatem rogandum. Ego eum benigne excepi et ut gratum admisi; ignovi ei caet.

Pag. 289, vs. 15 et ann. 173. Lege: serpenti cui frustra blandiri studes. — Annotationi 173 substituatur haec: مُدَارَاتُها in homoeoteleuto est idem atque مُدَارَأَتُها a verbo دَرأَ.

—, vs. 16—18. Lege: dixisses eum parvi facere id quod (crimen quod) commiserat et pro nihilo habere scelus quod perpetraverat. — Quae sequuntur nunc correxi ad textum huius loci.

—, vs. 7 a f. — 5 a f. Lege: qui sordidissimis officiorum generibus fungebantur, quandoquidem maledictus iste non cupiebat ut sibi opem ferret in hac improvisâ et fraudulentâ irruptione talis in quo vel minima pars boni esset aut minima integritas. — مُسْكَةٌ proprie est: *pauca aqua quae in utre restat.* Az-Zamaḫšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub مسك): وما فى سقائه مُسْكَةٌ من ماء قليلٌ. Igitur proprie: minima mica aut minima gutta.

—, vs. 2 a f. Credo potius vertendum esse: quae in angustis et amplis locis reperiuntur (i. e. in omnibus locis).

—, vs. ult. Lege: eum decem et quod excedit. — Nempe erant plures quam decem, sed infra viginti.

Pag. 290, vs. 1—3. Lege: et moenia, dum infandum scelus et tetrum facinus (*nempe parricidium*) perpetrare volebat, quod tamen avertit Dei Optimi Maximi auxilium. Ego vero commotionem animadvertens exii, quumque ille illiusque socii me viderent caet.

—, vs. 7. Verba واعجلتْهم عواقبُ كفرِهم وتعذّيبهم non recte verti, quia 4ª forma verbi عجل hìc sensum habet, qui in Lexico non enotatus est mihique erat ignotus. Significat nempe tum hìc, tum infra Vol. I. p. 304, vs. 2 a f., أَعْجَلَ فلانًا *effugit aliquem, fugâ se alicui subtraxit*, et phrasis nostra, quae cum praecedente coniungenda est, proprie hoc exprimit: *effugit eos exitus eorum impietatis* (vel ex B. مكرهم *perfi-*

diae) et iniquitatis, i. e. terminum, quem isti impii et iniqui homines sibi proposuerant, attingere non potuerunt, irritum fuit eorum inceptum.

Pag. 290, vs. 8. Pro: irrupit in, lege: perrupit.

—, vs. 9. Post *urbis* adde ex Cod. B.: sed misi equites qui eum persequerentur, quique mox eum assecuti sunt caet.

—, vs. 10. Ex Cod B. hic sequentia addantur, ultimâ phrasi leviter mutatâ: quos in meam potestatem dedit Deus, qui mihi eos tradidit quique effecit ut omnes deprehenderentur. Nemo ex iis effugit, nemo se subtraxit. Accidit (et rei eventus beneficium est ex iis quae Deus, in hoc perfidorum et dolosorum hominum negotio, in me contulit) ut duo ex istis, fugâ se subtrahentes, traiicerent fluvium Guadajoz ad Orientem Carmonae; sed inciderunt hi in manùs equitum quos miseram ad terram Bādīsī depraedandam, tempore quo hi, qui de iis quae acciderant nihil resciverant, cum spoliis revertebantur. Duos istos ceperunt [99] eosque ad me adduxerunt, ita ut omnes isti servi iam in meâ potestate essent.

—, vs. 13 sq. Lege: ipsum illum filium dilectum et amatum caet. — Est nempe عَيْنُ الابنِ idem quod الابنُ بِعَيْنِهِ.

—, vs. 5 a f. Lacuna ex Cod. B. sic supplenda est: calamitas nascatur ex filio qui tibi dono datus erat, dona quaedam mutentur in perniciem, et quaedam beneficia in noxam.

—, vs. 2 a f. et ann. 177. Lege: id quod tamquam res plane singularis accidit uni regi Persarum et alio caet. — Ann. 177 deleatur.

—, vs. ult. Lege: Hic enim maledictus, in iis quae volebat et cupiebat.

Pag. 291, vs. 1—10. Si reverâ الذّكر legendum est, ut supra suspicatus sum, locus vertendus est hoc modo: tum plane singularia, tum nefanda et horribilia dictu molitus est. — Reliqua ex Codice B. sic legenda et supplenda sunt: nam praeterquam quod rem quam maxime vituperandam sibi permisit, etiam conatus est patris feminas communis iuris facere, et praeterquam quod viris vitam auferre volebat [100], etiam negligenter

99) De verbo ثقّف v. mei libri Vol. I. p. 153.

100) أتلف مهجته idem est atque دفق مهجته, quod de Deo dicitur, nam *'al-Qāmūs* (sub دفق) haec habet: دفق الله روحه أماته. Igitur مهجة in istiusmodi phrasibus idem est atque روح.

egit [101] quod attinet ad morem qui in domi custoditis feminis observabatur. Etenim, nisi Deus hoc avertisset, non tantum oculi, sed manùs infimorum istorum hominum se extendissent, istisque auctoribus magna orta esset fissura quae reparari non potuisset. Verissime poëta:

Est ita: cliens est patrono adversarius qui eum devitat; filius est patri hostis qui cum eo pugnat.

Hoc vero tempus est tempus calamitatis et aquilo odii et furoris; et homines temporibus suis similiores sunt quam patribus suis. Sed verius quam hoc est dictum Dei Optimi Maximi: *O credentes! a parte uxorum et liberorum vobis est hostis; cavete igitur ab his et illis!*

Arcessivi nunc ex Occidente [102] filium meum Mohammed*em*, qui semper tibi pro tuis beneficiis gratus erit, qui magni te facit cuique faveat Deus, ut scilicet eum in fratris loco ponam utque eo damnum reparem quod illius morte passus sum. Spero eum illo mitiorem et placidiorem fore, solertiorem et honestiorem, praestantiorem et excellentiorem. Deum vero precor ut me optimum eligere faciat in iis quae facio aut omitto, quae statim perficio aut differo.

Suspiravi, mi domine! ut suspirat homo cuius pectus laesum est, et diu versatus sum in hac re narrandâ et explicandâ, ut tibi impertirem hanc insignem calamitatem et summum infortunium. Historia est haec quae attento animo considerari meretur, et ea quae dixi demonstrant me vicisse et triumphasse. Deus vero beneficium quod in me contulit perfectum reddet, faciet ut gravidum fiat id quod sterile est [103], mihique, quâ est bene-

101) Hoc fere exprimit 6ª forma verbi سفح; cf. 'al-Maqqarī I. p. ١٣٧, vs. 13. Secundum *'al-Qāmūs*um idem exprimit atque 6ª forma verbi سهل, quae eodem sensu quo hic تسامح positum est, occurrit in de Sacy *Chrest. ar.* II. p. ٥٩, vs. 2 a f. et in 'Ibn-Haijāne (apud 'Ibn-Bassām Vol. III. fol. 140 v.): تَساهَلوا فى مأْكل لم يستطبْه فقيهٌ قَبْلَهم.

102) Nempe ab urbe Silves, cui Mohammed ('al-Mo'tamid) praefectus erat.

103) De significatione verbi يحمل *gravidam reddidit* (feminam) dubium esse non potest, quandoquidem cum العقمى coniunctum est; sed quaeritur utrum sit 2ª forma an 4ª, nam neutra hoc sensu in Lexico enotata est. Librarius Codicis B. de 4ª forma cogitasse videtur, nam scripsit يُحْمِل, sed potius 2am formam esse puto. العقمى pronuntiavi العُقْمَى; posset quidem esse العَقْمَى (in homoeoteleuto pro العَقْماء, femin. ab أَعْقَم, de quâ formâ, quae in Lexico omissa

volentiâ, gratitudinem inspirabit propter beneficia quae in me contulit. Rogo illum ut te incolumem servet teque protegat, ita ut non laedaris aut a patricio cui confidis, aut a plebeio pro quo spopondisti [104]; quod faxit Deus clementiâ suâ et potentiâ!

Pag. 291, ann. 182. Proprie verbum نفث non est *suspiravit*, sed *chylum* vel *sanguinem ex ore eiecit* ut facit is qui pectoris morbo laborat (المصدور). Cf. ʿIbn-Doraid ʿ*al-Maqçūra* vs. 23 ed. Scheid. et ʿal-Maqqarī II. p. ١٠٩, vs. 11, in quibus locis, plane ut in nostro, cum مصدور coniungitur, et ʿaz-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub نفث) habet duas proverbiales locutiones: لا بدّ للمصدور ان ينفث وهذه نفثة مصدور. Prior etiam exstat apud ʿal-Maidānī II. p. 524 ed. Freytag, et in Commentario ad ʿal-Ḥarīrī*um* p. ٩١ ed. 1ae, ubi vide quae dicit commentator; posterior ipsa illa est quae in nostro textu occurrit. Cf. etiam mei libri Vol. II. p. 164, vs. 1.

—, ann. 183. Similiter infra Vol. II. p. 162, vs. 6: خرج لى عن الضرورة *exposuit mihi quantopere ipsi necessarius essem.*

—, vs. 12. Lege: Anno 455.

—, vs. 14 sq. Lege: Iam antea narratum fuerat eum contra illam misisse suum filium caet.

—, vs. 16—18, et ann. 184 et 185. Lege: Erat hic ut ignis in urbis sinu reconditus, nam non dubitabatur quin ʿAbbād, quum filium contra Cordobam mitteret, misisset flammam ignis, quae nihil ex câ superstes relinqueret. — Annotationi 184 substituatur haec: Phrasis وهو كالنار فى احجارها مستكنّة significat: adventu ʿIsmāʿīl*is* urbs in ingenti periculo erat. — Ann. 185 deleatur.

—, ann. 186. Lege جسر*.

Pag. 292, ann. 189. Pronuntiandum est نَتْهَهَة.

---

est, annotavit Weijers in (*Spec.* p. 181); sed suadente parallelismo cum النُّعْمَى potius puto esse quasi femin. ab عَقِيم, ut نُعْمَى quasi femin. est a نَعِيم. Subintelligendum est substantivum الدنيا, ut patet ex verbis ʿaz-Zamacšarī*i* in *Asāso-'l-balāga* (sub عقم): يُقال امرأة عقيم والدنيا عقيم لا تردّ على صاحبها خيرا. — Sensus igitur verborum in nostro loco est: faciet Deus ut mea in hac terrâ felicitas, quae vulgo sterilis nullumque bonum afferre dicitur, reverâ bona afferat.

104) De القريب والبعيد vide mei libri Vol. I. p. 259 sq., ann. 3.

Pag. 292, ann. 190. Cf. Vol. I. p. 422, vs. 3 a f.

—, vs. 9 a f. sq. Lege: rediit, et occasionem invenit, ut putabat, quandoquidem a regiâ caet.

—, ann. 194. Recte putavi, lectionem وعلق ببعض نخائره (quae etiam in B. est) sanam esse. Verbum علق hîc peculiarem habet vim, nam dicitur de aduncis et tenacibus unguibus avium rapacium vel ferarum, qui comprensae praedae inhaerent. Az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub علق): علق به وغلقه نشب به, et tunc habet versum:

(الطويل) اذا علقتْ قِرْنًا خطاطيفُ كفّه رأى الموتَ فى عينيه أَسْوَدَ احمرا

et versum Ǧarīri cuius primum hemistichium hoc est:

(الوافر) اذا علقتْ مَخالِبُه بقِرْنٍ ✿

—, vs. 4 a f. sq. Potius: a quibusdam apud quos.

—, vs. 3 a f. et ann. 196. Pro *iterum* lege *celeriter*, et dele ann. 196.

Pag. 293, vs. 4. Lege: longum est, postquam caet.

—, vs. 6. Lege: caperent; nesciens igitur quid ageret, confugit ad caet.

—, vs. 5 a f. Lege: 'Ismā'īl ad patrem rediit.

—, ann. 201. Opinionem meam confirmat Codex B., qui به addit.

Pag. 294, vs. 9. Lege: qui corruperat illud ipsum (corporis) membrum quod maxime honorabat, talem nempe qui caet.

—, ann. 207. Cf. locus 'Ibn-Ḥaijānis in 'Ibn-Bassāmi Volumine primo (fol. 121 r.): ولهولِ ما عاينَهُ زاوى من اقتدار اهل الاندلس فى ايّام تلك الحروب وجعجاعهم به واشْرائهم على التغلّب عليه [105] هان سلطانه عنده بالاندلس ✿

Pag. 295, vs. 9 sq. Lege: comitantibus — — perpetraret, et triginta caet.

—, vs. 12. Lege: ut scilicet difficulter fama caet.

Pag. 296, vs. 1 sq. Haec nunc correxi ad textum h. l.

—, vs. 4 et ann. 216. Lege: prehendit, ei non ignovit et solus caet. — Ann. 216 deleatur.

—, vs. 8. Post *nonnullas* exciderunt vocabula: tum clam, tum palam.

---

105) Codex addit ما, sed omittendum est, nam sententiam turbat, et 'Ibno-'l-Ćatīb, qui locum citat, illud non habet.

Pag. 296, vs. 11 sq. Lege: et sensim sensimque castigabit quos vult. — Ante oculos hîc habuit 'Ibn-Ḥaijān locos 'al-Qorāni, Sūr. 7, vs. 181 et 182, Sūr. 68, vs. 44 et 45.

Ex primo 'Ibn-Bassāmi volumine huic paragrapho unum 'Ibn-Ḥaijānis locum addendum habeo, qui quasi continuatio est historiae belli de quo exposuit in mei libri p. 248 textûs, 274 versionis. Verba haec sunt (fol. 108 v., 109 r.):

ونلمع من خبر هذه الوقعة بلمحة قال ابو مروان وفى سنة ۴۴۲ اوقع ابنُ عبّاد بابن الافطس الى جنب يابرة وكان سبب هذه الحرب انّ فتح بن يحيى صاحب لبلة يومئذ حليف [a] ابن الافطس وَالَى *عبّادًا لضرورة [b] فكاشَفَه ابنُ الافطس* وخانه فيما كان ائتمنه عليه من ماله الصامت عندما حمله اليه وديعةً عند تورُّطه فى حرب ابن عبّاد قبلُ فانْبَتّتْ [c] بينهما العصمة وارسل ابن الافطس فى ذلك الوقت خيلَه للضرب على ابن يحيى فاستغاث عبّادًا فارسل اليه خيلا مُنْتَقاة [d] فلحقت الخيلَ الافطسيّةَ وهى قد شنّت الغارة على لبلة فكرّتْ عليهم اذ كانوا ضِعْفَهم واسترسلوا فى اتّباع العبّاديين ولا يشعرون فاذا بعبّاد بجلّته فى كمين قد خرج اثرهم فدهشوا وولّوا الادبار فر.. [e] السيف وبذل عبّاد المال فى رءوسهم وكانت سادة [f] خيل ابن الافطس وابطال رجاله فحُزّ لابن عبّاد من رءوسهم مائة وخمسون راسا ومن خيلهم مثلها فقصّ جناحَ قِرْنِه وافنى حماة رجاله ثمّ انّ *عبّادا بعد [g] ذلك جمع حلفاءه وخيلَه وقوّد عليها ابنه اسماعيل مع وزيره ابن سلّام وخرج نحو بلد ابن الافطس يابرة وقد استدعى ايضا ابنُ الافطس حليفَه [h] اسحاق بن عبد اللّه فلحقتْ به خيلُه [i] مع

---

a) Codex خليفة. b) Codex عباد الضرورة, sed cf. mei libri p. 248, vs. 8 a f. c) Cod. بما بس, sed cf. mei libri l. l. vs. 6 a f. d) Sic legendum esse suspicor pro Codicis شقاه. e) Sic in Codice scriptum est cum parvâ lacunâ. Legere quidem possemus فركب الناس السيف, sed lacuna minor est quam ut has omnes literas continere posset. Ad alias etiam coniecturas confugere possemus, sed quoniam una tantum verbi literula superest, ab iis potius abstineo. f) Librarius hanc vocem indistincte scripsit eamque non intellexisse videtur; ex eius literarum ductibus tamen ساوه effici potest. Non dubito quin 'Ibn-Ḥaijān سادة (plur. a سَيِّد) scripserit, quod optime cum ابطال coniungitur (ille qui السيّد البطّال vocabatur, notissimus est heros). Cf. نقى بها سادةً من العلماء apud 'Ibn-Ćallicān Fasc. III. p. ٨٨ ed. Wüstenfeld. g) Cod. عباد omisso بعد. h) Cod. خليفة. i) Cod. خليله.

Pag. 355, vs. 1 et ann. 163. طَيِّها est: *sous le même pli.* Cf. eadem phrasis Vol. II. p. 117, vs. 6; 118, vs. 2, et 'az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub درج): ادرج الكتابَ طواه وادرج الكُتَيِّبَ فى الكتاب جعله فى دَرْجه اى فى طيّه وثنيه ✿

—, vs. 10. Locutio قارعة الطريق, quam hîc male verti, etiam aliis difficultatem peperit. Recte Wright in Glossario ad 'Ibn-Ġobairi *Itinerarium* (p. 29) putavit, non admittendam esse opinionem Cl[i] Tuch, qui statuit قارعة الطريق esse «späterer Ausdruck für «den Ort wo die Wege zusammenstossen, für den *Kreuzweg.*» Ipse vertit *by the wayside*, et locutio hoc reverâ significat in locis 'Ibn-Ġobairi quos attulit; sed propria eius vis non prorsus haec est. Ait nempe 'az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub قرع): قعد على قارعة الطريق وهى أَعْلاه واياكم وقوارع الطُّرُق. Est igitur in regione montanâ: altior pars viae, i. e. colles vel montes ab utroque latere viae, *les collines ou les montagnes qui s'étendent le long de la route, qui bordent la route*, et ultima verba 'az-Zamaćšarīi: *Cavete vobis a montibus a latere viarum sitis!* optime explicant 'Ibn-Bassāmi locum de quo agimus. Solent nempe latrones in قوارع الطُّرُق viatoribus insidiari, et cum talibus latronibus comparat 'Ibn-Bassām mendicantes istos poëtas, haec scilicet dicens: *Hi itaque se ei obtulerunt in omnibus montibus a viae latere sitis, et ad eum venerunt ex quâvis profundâ valle.* Etenim etiam in profundis, angustis et occultis vallibus latrones viatoribus insidiantur (unde proverbium apud 'al-Maidānī II. p. 423, n° 48). Caeterum hoc sensu *'al-Qāmūs* habet القَرْعاء, quod explicat أَعْلَى الطريق (apud Freytag *superior pars* viae); simplex قارعة, non addito الطريق, eodem sensu occurrit in carmine 'al-Aćtali, quod edidit Cl. Dorn (*Auszüge aus Muhammedanischen Schrift-*

stellern betreffend die Geschichte und Geographie der Südlichen Küstenländer des Kaspischen Meeres p. ۲۸):

(البسيط) وكاشح مُعْرِضٍ عَنّى غَفَرْتُ له وقد أُبيّنُ منه الضّغْنَ والمَيَلا
ولو أُواجِهُهُ مِنّى بقارعة ما كان كالذيب مغبوطا بما أَكَلا

Inimico se a me avertenti ignosco, etiamsi in eo bene perspicio malevolentiam et superbiam;

Sed si ei occurro, mihi in altiori parte viae (insidianti), *non est ut lupus qui praedâ suâ gaudet.*

Pag. 355, vs. 11. دِفْلَى hic videtur *colocynthis* (حَنْظَل); est certe planta quam maxime amara. Az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* hanc habet proverbialem locutionem: كيف يقال «الأَعْلَى، لِمَنْ هو بالمنزلة السفْلَى، ام كيف يقال الأَحْلَى، لِمَنْ هو أَمَرُّ من الدِفْلَى», et addit: وهو شجر مُرّ وقيل هو الحنظل (cf. ʾal-Maidānī II. p. 718, n⁰ 436 ed. Freytag).

Pag. 356, vs. 13—19. Versio horum versuum sic corrigenda est:

Animo privare solebat impetus meus tyrannum; at vero qui a paupertate interficiebatur vitam recuperabat ubi opem meam implorabat;

Et regnum (meum) custodiebant, sub tutelâ illius qui illud mihi dederat (i. e. Dei), crassâ cervice praediti Barbari vel longo naso praediti Arabes.

Quando vero ille qui illud (mihi) dederat, illud (mihi) eripere voluit, nihil profuit hastarum gladiorumque dimicatio.

Accipe illam igitur, brevem scilicet sententiam propter quam quis invidiosus esse posset: «Veriores nuntios dat gladius quam libri.»

In vs. paenultimo verba شاء, آتى et نزع sunt ex ʾal-Qorʾāno Sūr. 3, vs. 25. — Ultimum hemistichium versûs ultimi est primum hemistichium ex longo carmine quod Abū-Tammām, quum Amorium Byzantinis ereptum et combustum erat, in laudem ʾal-Moʾtacimi composuit, postquam astrologi praedixerant, ćalīfam ab hac expeditione non reversurum (vide Wüstenfeldii ʾIbn-Ćallicānem *Additament. collect. secunda* p. 5). Duo primi versûs laudantur ab Abū-ʾl-maḥāsin (I. p. ٩٨٩), sed a Juynboll male editi sunt. Ex nostris duobus Codicibus (899 et 403) et ex Qotbo-ʾd-dīno (p. ۱۳۴ ed. Wüstenfeld), sic sunt legendi:

(البسيط) السيف أصدق انباء من الكتب   فى حدّه الحدّ بين الجدّ واللعب
بيض الصفائح لا سود الصحائف فى   متونهنّ جلاء الشكّ والريب

De sensu primi hemistichii versûs ultimi in ·al-Mo·tamidi carmine adhuc dubito. Fleischerum secutus sum, qui sic vertit: «So nimm ihn denn hin, einen kurzen Spruch «um den man wohl geheimen Neid hegen könnte (nämlich gegen den Dichter Abu-Tam-«mām);» sed dubito an قطعة de brevi sententiâ, de uno hemistichio dicatur; vulgo enim est *carmen* (ut statim post p. 315, vs. 2) et melius totum ·al-Mo·tamidi poëma quam Abū-Tammāmi hemistichium sic appellaretur. Accedit quod, si verba Arabica ante oculos habes, haec interpretatio nescio quid contorti et insoliti habet.

Pag. 356, ann. 171 delenda est.

—, ann. 172. Infinitivum 3ae formae قراع, habet ·az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga*:

شهدتّ مقارعة الابطال وقراعهم ☆

Pag. 357, ann. 178. De رنّ vide etiam supra huius libri p. 23.

—, vs. 7 sq. Lege: tunc planxi, nam ille qui tristis est quia a familiâ suâ longe remotus est, plangere solet.

—, ann. 180 deleatur.

Pag. 358, ann. 184. 2a forma verbi خمش occurrit etiam bis in carmine apud ·Ibn-Callicānem Fasc. X. p. ۲٥, vs. 4 et 5 ed. Wüstenfeld, et in carmine in *Noct. Arab.* IV. p. ٥١٨, vs. 4 ed. Macnaghten.

—, vs. 3. Lege: duas stellas quibus orbatae sunt (أثكلن).

—, vs. 2 a f. et ann. 190. Legendum esse: copiosiorem effundit pluviam quam tu, dixi Vol. II. p. 261. Deleatur igitur ann. 190.

Pag. 359, vs. 9—11. Deletâ annot. 195, lege:

O duo fragmenta mei iecoris, quod, dilaniatum dolore propter vos, consolationem recusabit donec in vivis ero!

Profecto! vobis mortuis duae stellae occiderunt, quae tantum ex celsitudine in Saturnum despiciebant.

Comparat filios cum stellis tam alto loco positis ut in ipsum Saturnum despiciant.

—, vs. 12 et ann. 196. Lege: Acutos in corde dolores hoc unum levat, quod scio calamitatem, quam vestrâ morte perpessus sum, mihi die extremi iudicii lancem ponde-

rosiorem redditurain. — Annotationi 196 substituatur haec: Die extremi iudicii Deus hominum bona opera in librâ ponderabit, ita ut is cuius lanx, bona opera continens, ponderosa est et vergit (مَنْ ثَقُلَتْ موازينُهُ) beatus, et contra is cuius lanx levis est et tollitur, damnatus sit. Vide *'al-Qor'ān*um Sūr. 7, vs. 7 et 8; 23, vs. 104 et 105; 101, vs. 5 et 6. Iam quum Moslim*i*, ut notum est, calamitates quas in hac vitâ perpessi sunt inter bona opera recenseant, dicit poëta, hoc unum ipsi esse solamen, quod scit filiorum mortem ipsi die extremi iudicii profuturam.

Pag. 359, vs. 13 sq. Adiectivum جذلانا non potest spectare ad باب الطاعة, sed debet spectare ad Fat<u>h</u>*um*. Versus igitur sic vertendus est: O Fat<u>h</u>e! aperuit mihi tuum illud pro sacrâ causâ martyrium portam desiderii ut tibi laeto obviam fiam. — Vult nempe poëta: Nunc, quandoquidem pro sacrâ causâ occubuisti, quam maxime desidero ut te, laetum propter praemium quo Deus te donavit, in Paradiso denuo videam.

—, vs. 15 sq. Hos versûs non recte verti, quia propriam vim verbi شفع, quod in Freytag*ii* Lexico non satis perspicue explicatur, non perspiciebam. Est vero شفع *duplicavit.* Al-Gauharī: الشَّفْعُ الزَّوْجُ وهو خلافُ الوِتْرِ تقول كان وِتْرًا فشفعْتُهُ. Az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga*: كان وِتْرًا فشفعتُه بآخر وهو مشفوع. Poëta apud 'al-Maqqarī*um* II. p. ٧٣:

اخليفةَ اللّه الرِّضى هُنِّئْتَهُ   فَتْحٌ يُمِدُّ بما سِواهُ ويُشْفَعُ

Saepe etiam usurpatur de duabus rebus quae diversi generis sunt, et tunc شفع الشىءَ بالشىءِ est *unam rem alterâ auxit*, ut in versu qui exstat in mei libri Vol. II. p. 146:

اعطيتَنى جملا جونا شفعتَ به   حملا من الفضّة البيضاء لو حملا

Dedisti mihi camelum, quo auxisti onus argenti. Hinc شفع etiam *auxit* significat in versu 'Ibn-Zaidūn*i* (apud Weijers *Spec.* p. 48):

وفى الجواب متاعٌ إنْ شفعتِ به   بيضَ الايادى الّتى ما زلتِ تولينا

quem Weijers ita vertit: *At in responso erit (nobis) supellex, si tibi placet illo augere beneficia quae non desiisti apud nos collocare.* Et in versu 'Ibn-'Abdūn*i* (apud Hoogvliet *Spec.* p. 103):

استغفرُ اللّهَ لا بَلْ مثل ما شَفَعَتْ   يَدُ الحفيظة قضبانا بخِرْصانِ

quem versum Hoogvliet (p. 116) recte quidem sic vertit: (*Dei veniam imploro!*) *quin*

potius sicut manus, ad defensionem iurium et honoris promta, una cum gladiis acutis sibi etiam sumit hastas, sed in ann. (53) de Freytag*ii* explicatione nimis sollicitum se ostendit.

Versûs itaque ʿal-Moʿtamid*i* hoc significant:

O Jezīd! Tuâ et fratris tui caede spes mihi aucta est ut duplex praemium Deus mihi concedat,

Veluti tu fratrem tuum ʿal-Fatḥ*um* duplicasti quasi, eum sequens; concedat vobis Deus condonationem et misericordiam!

Idea eadem est atque in versu praecedente, de quo iam egi. Lexico vero addendum est, 2am formam verbi لقى, cum dupl. accus., significare: *alicui aliquid concedere, dare.* Hoc sensu iam in ʿ*al-Qorʿāno* occurrit, Sūr. 76, vs. 11: فوقاهم اللّه شرّ ذلك اليوم ولقّاهم نضرة وسرورا; cf. ʿal-Maqqarī I. p. ٥٢٢ (vel mei libri Vol. II. p. 220, vs. 4): فلقّ كتابى من فراغك ساعةً ☆

Pag. 359, vs. 2 a f. sq. Lege: Fleo ego, flet illa et ad fletum adigimus alios, propter dolorem quo cruciamur quando (amissarum) mulierum et (amissorum) liberorum recordamur.

Pag. 360, vs. 4 sq. et ann. 200. Deletâ hac annot., lege: Haec non ita mihi superveniunt, ut mox praetereant, sed descripsi quae iam antea in ipsâ meâ naturâ erant. — Cf. infra ad p. 362, vs. 1.

—, ann. 202. In verbis ex ʿ*al-Maṭmaḥ* وانبرت اليه عنه خطوب, pro عنه legatur منه, ut dedi in ʿal-Maqqarī*i* editione (II. p. ٢٤٤).

Pag. 361, vs. 3 sq. et ann. 203. Versum non significare id quod hic dixi, patet ex fine carminis (apud ʿal-Maqqarī*um* II. p. ٢٤٥). Vertendus est, ut videtur, hoc modo:

Non strepitum edente catenâ vinctus sum; oculo tantum meo, quia ʾImām*us* contra me iratus est, catenae sunt impositae.

Id est: reverâ catenâ vinctus non sum, sed quia ḱalīfa contra me iratus est, tanto dolore crucior ut catenas adspicere mihi videar (ut catenis vinctus mihi videar).

—, vs. 6 et ann. 204. Cf. Vol. II. p. 261.

—, vs. 8 sq. Lege: In loco in quo malefactores pingues, at nobiles viri macri sunt.

—, vs. ult. et ann. 207. Pro *sagittae* lege *nodi.* — Annotationi 207 substituatur

haec: الكعوب sunt *nodi* in ligno, quibus ademtis lignum non amplius roborem et firmitatem habet. Hinc كعبٌ metaphorice est *robur*, ut in phrasi quam habet 'az-Zamaċšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub كعب): ذَهَبَ كعبُ القومِ اذا ذَهَبَ جَدُّهم وشرفُهم

Pag. 362, vs. 1 et ann. 208. Delenda est haec annot., nam تَجَوَّزَ hîc significat: *improprie locutus est.* Loquitur nimirum poëta de suo dolore tamquam de morbo chronico, ipsius naturae inhaerenti, non tamquam de praetereunte affectu.

Pag. 363, ann. 213 sic mutanda est: Est hic Abū-Becr 'ibno-'l-Qobtorna.

—, vs. 19 sq. Lege: quae ignominiâ afficiebant columbas in ramorum fastigiis canentes.

—, vs. 3 a f. Lege: liberalitas, nulla spes restabit caet.

Pag. 364, vs. 1. Lege: et ibi mihi talia acciderunt, qualia accident quando ad resurrectionem sepulchra retegentur. — Verba بُعْثِرَتِ القبورُ sunt ex Sūr. 82, vs. 4.

—, vs. 2 a f. Lege: Nunquam male augurabor.

Pag. 366, vs. 2. Cf. Vol. I. p. 430.

—, ann. 234. Opinionem quam de hoc carmine fovebam, nunc, utpote ex nonnullis versibus non recte intellectis ortam, magnâ ex parte repudiandam esse puto. Simpliciter statuendum est, 'Ibno-'*l*-Labbāna*m* spem reditûs, quam fovebat princeps, nutrivisse.

Pag. 367, vs. 1. Veram esse meam huius versûs interpretationem, patet imprimis ex loco Qor'ān*ico* quem sine dubio ante oculos habuit poëta, nempe Sūr. 83, vs. 25 sq.: يُسْقَوْنَ مِن رحيقٍ مختومٍ خِتامُهُ مِسْكٌ, ubi 'al-Baiḑāwī مختوم اوانيه بالمسك مكانَ الطين. Cf. etiam 'al-Maqqarī: وانا اختم هذه القطع المتخيّرة بقول ابى بكر بن بقىّ ليكون الختام مسكا; similiter Qotbo-'*d*-dīn p. ۳٥٩, vs. 4 a f. ed. Wüstenfeld.

Pag. 368, vs. 2. Quandoquidem Codex habet مُنْعَمًا in passivo, vertendum est: quoties tu eâ gavisus es!

Pag. 369, vs. 5 carminis. Lege: te inter homines illâ maiorem invenimus. — Ann. ad h. vs. deleatur.

—, vs. 7 carminis sic vertendus est:

Deflevit gentem 'Abbādī*darum* (prae caeteris vero Mohammed*em* huiusque filios) copiosa nubium pluvia.

Quae ad hunc versum in commentario dixi deleantur.

Pag. 369, vs. 8 carminis. Non me tantum, sed etiam Nobil[um] de Slane (v. eius versionem ʾIbn-Ċallicān*is* III. p. 197) fugit, alterum حبيب in hoc versu esse nomen proprium, nempe nomen poëtae ʾAbū-Ṫammām*i*. Monuit me hac de re Cl. Fleischer, quod gratus agnosco.

Saepe ludunt Arabes in huius poëtae nomine. Exemplum dedit ipse ʾAbū-Ṫammām. Dicit v. c. in carmine encomiastico:

(الخفيف) باسطًا بالندى سحائبَ كفّ   بنداها أمسى حبيبٌ حَبيبًا

ubi scholiasta Codicis nostri 899 ad حبيبٌ annotavit اسمه, sententiam sic explicans: أعطيتنى فأعطيتُ فصرتُ حبيبًا. In carmine erotico:

(الخفيف) كاد أنْ يكتب الهوى بين عينَيْـــــه كتابًا هذا حبيبٌ حَبيبى

ubi scholiasta Codicis 899: اسم ابى تمّام. Secuti sunt alii. Ait v. c. ʾal-Ḫasan ʾibn-Wahb in elegiâ quam in ʾAbū-Ṫammām*i* obitum composuit (apud ʾIbn-Ċallicān I. p. ١٨١ ed. de Slane):

(الوافر) فانّ تراب ذاك القبرِ يحوى   حبيبا كان يدعى لى حبيبا ✿

Iam quod ad hemistichium ʾAbū-Ṫammām*i* attinet, quod suo carmini intexuit ʾIbno-ʾ*l*-Labbāna, est illud primum ex carmine in laudem ʾAbū-Saʿīd*i* Moḫammed*is* ʾibn-Jūsof composito. Totus versus est:

عَسَى وَطَنٌ يدنو بهم ولعلّما   وأنْ تُعْتِبَ الايّامُ فيهم فرُبّما

Secunda vox alterius hemistichii tribus modis legitur: تعتب est in Cod. 899; ʾaṫ-Ṫibrīzī (Cod. 403) in textu habet تعنت, sed in commentario ait: ويروى تعتب الايّام ويروى تعقب الايّام. Versum sic explicat: اى عسى وطنٌ يدنو بهم فنشتفى بالقرب منهم وقوله فربّما اى فربّما دنا البعيدُ[119] وأعْتَبَ الساخطُ. Verto igitur:

Fieri potest ut denuo nostrâ in viciniâ habitent; fortasse! Fieri potest ut, quod ad eos attinet, (mihi adversa) fortuna me in gratiam recipiat; saepe enim! (i. e. saepe enim qui remotus est redditur nobis).

Versus ʾIbno-ʾ*l*-Labbān*ae* sic vertendus est:

---

119) Cod. دنى لبعيد.

Carus cordi meo est Ḥabīb quia dixit: «Fieri potest ut denuo nostrâ in viciniâ habi-«tent; fortasse!»

Per se patet, ea quae in commentario ad vs. 8 et 9 dixi, esse delenda.

Pag. 370, vs. 10 carminis. Pro: peregrini — copioso, lege: multi legati ibi non convenissent, neque copiosus exercitus.

—, vs. 11 carminis. Poëta non conseptum, sed 'al-Mo'tamid*um* alloquitur.

—, vs. 13 carminis. Hunc versum ideo non recte intellexi, quia in errorem me induxit Freytag*ii* Lexicon, in quo scilicet legitur وشيج esse *hastam*. Non est singulare, sed collectivum, *fraxini*, *hastae*. Patet hoc ex 'at-Tibrīzī*i* verbis, qui ad versum in *'al-Ḥamāsā* (p. ١٩٥):

(الطويل) نَحْنُ أَجَرْنَا الحَىَّ كَلْبًا وقد أَتَتْ   لها حِمْيَرٌ تُزْجِى الوشيجَ المقوّما

haec habet: الوشيج الرماح وسُمِّيَتْ وشيجا لتداخل بعضها فى بعض عند اجتماعها. Similiter 'az-Zamacšarī (in *Asāso 'l-balāgā* (sub وشج), qui habet versum Ausi:

(الطويل) نُبِيحُ حمى ذى العزّ حين نُرِيدُه   ونَحْمِى حمانا بالوشيج المقوّم

dicit haec: تَطاعَنوا بالوشيج بالرماح. Cf. etiam versus apud 'Ibn-Adārī I. p. ٢٠٧, vs. 5 a f. ubi voci الوشيج epitheton in plurali الذُّبَّل additum est. — Dubito praeterea an غصون sic nude de *puellis* dicatur; 'az-Zamacšarī certe hanc metaphoram non notavit. غصون igitur de *ramis* horti proprio sensu accipio, et versum sic verto:

Quasi in illo (horto روض) rami non se inflexissent et amplexi fuissent fraxinos (hastas), manibus virorum, loricis indutorum, rigidatas.

Sensus simpliciter hic est: quasi in illo horto non multi adfuissent milites, quorum hastae ramos tangebant.

—, vs. 14 carminis. Lege: vexilla, quae videbantur pedes avium caet.

—, vs. 15 carminis. Lege: Quasi ibi rigida lancea non post se traxisset suas hastas, ita ut dicerem: serpens sequitur leonem.

Vox صَعْدة usurpatur quidem tamquam substantivum, ut infra in mei libri Vol. II. p. 106, vs. 2 a f., in phrasi quam habet 'az-Zamacšarī: تَطاعنوا بالصعاد, et in versu 'al-Mo'tanabbī*i* p. ١٩, vs. 2 carminis ed. Dieterici; sed proprie non est substantivum, ut tamen legitur in Freytag*ii* Lexico; est adiectivum *rigida*, de lanceâ رمح; cf. versus in *'al-Ḥamāsā* p. ٧٠٩:

(الوافر) هُما رُمْحانِ خَطِّيّانِ كانا مِنَ السُّمْرِ المثقّفة الصّعاد

Rigidam igitur lanceam Ibno-'l-Labbāna comparat cum leone, et hastas comparat cum serpente. Etenim hastae (قَنًا) non rigidae sunt ut lanceae, sed flexibiles. Hinc epitheta hastarum sunt ذابل, عَسّال et مُنْآدّ, participium 7ae formae verbi آدّ, ut in versu quem habet 'al-Maqqarī II. p. ٢٨١:

(الكامل) ضربوا ببطن الواديين قبابَهم بين الصوارم والقنا المُنْآدّ

Sic enim ibi legendum est ex omnibus Codicibus, non المَيّاد ut mutavi; idem verbum restituendum est in locis 'al-Maqqarīi II. p. ٣٩٧, vs. 16, p. ٤٨٣, vs. 4 a f.; in versu apud Ibn-Callicānem Fasc. X. p. ٩٢, vs. 5 a f. ed. Wüstenfeld; in versu apud Ibno-'l-Atīr XI. p. ١٣٧, vs. 4 a f. ed. Tornberg, qui legendus est ut exstat in Addendis et corrig., volumini XII additis. Abū-Tammām in carmine encomiastico:

(الطويل) حلفتُ بربّ البيض تدمى متونها وربّ القنا المُنْآدّ والمتقصّد

ad quem locum 'at-Tibrīzī: البيض السيوف والمنآدّ المنعطف والمتقصّد المكسّر (pro المنعطف Codex noster male habet المتعطف; cf. 'az-Zamacšarī sub اود: انْآدّ انعطف). Librarius Codicis 899 in eundem errorem incidit atque ego, meam 'al-Maqqarīi partem edens, nam scripsit المَيّاد; sed veram lectionem habet Codex 403.

Pag. 370, vs. 16 carminis. Ad verbum est: Quoties spes fuit scala per quam ad felicem exitum adscendebat quis. Cf. versus Abū-Tammāmi in carmine encomiastico:

(الكامل) لم يَنْأَ عنّى مطلبٌ ومحمّدٌ عونٌ عليه او اليه سُلَّمُ

Kitābo 'l-'alǵāī MS. 1070 fol. 27 v.: جعل فلانٌ ذلك سببا الى حاجته الخ — ووصلةً الى مُراده وسُلَّمًا الى ملتمسه ومسلكا الى مغزاه ✿

—, vs. 17. Nesciebamus, Nobilus de Slane et ego, مالك et متمّم in hoc versu esse nomina propria, donec Fleischerus me benevole hac de re moneret. Nempe Mālic et Motammam fratres erant, filii Nowairae, inclaruitque Motammam pulchris elegiis quas in obitum fratris composuit, qui, quum post Prophetae mortem, ut fere omnes Arabes, ab Islāmismo defecerat, a ferocissimo Cālido perfide interfectus est. Vide auctores laudatos a Cl. Wüstenfeld in *Register zu den genealogischen Tabellen* p. 327, et Caussin de Perceval, *Essai sur l'histoire des Arabes* III. p. 366 sqq. Versus igitur Ibno-'l-Labbānae sic vertendus est:

Tu, postquam regnum tuum reliquisti, similis factus es Mālico, et ego, propter maximum meum dolorem, similis sum, te deflens, Motammamo.

I. e.: tu quasi mortuus es, et ego te tamquam mortuum elegiis celebro.

Pag. 371, vs. 20 carminis et commentar. ad hunc vs. Potius legendum est وناح, quod respondet verbo بكى in primo hemistichio et similibus locutionibus in versu sequenti. باسمك cum معلما coniungendum est. Verte igitur: tonitru te planxit, nomen tuum prodens.

—, vs. 22 carminis. Nempe, ut dicitur in *'al-Qor'āno* (4, vs. 156), non ipse Messias cruci affixus est, sed alius qui eum similitudine referebat. Liberavit igitur et servavit Deus Messiam, et sic etiam te, 'al-Mo'tamid, servabit.

Pag. 372, vs. 1 et ann. 235. Legendum est Abū-'Ibrāhīm 'aš-Šāšī; vide supra ad textum. Floruit, ut ait 'aṯ-Ṯa'ālibī, in aulâ 'aç-çāhibi, i. e. 'Ibn-'Abbādi.

—, vs. 7—14. Ex emendato textu hi versûs sic vertendi sunt:

Quomodo fieri potest ut corpus meum adhuc aliquid roboris habeat, post tot fortunae casûs, morbos et itinera?

Morbus meus irrumpit in talem qui corporis tenuitate spectro similis est; attamen calamitas, quum me percutit, percutit latus montis.

Is qui ad me (aegrotum) visitandum venit, corpus in lecto non videt, nam ephippio insideo, pectus intrepide flexibilibus hastis offerens.

Propter gravem et continuum morbum humerus meus pallium ferre non potest; sed fert loricam viro strenuo ereptam.

—, vs. 7 a f. sq. Melius: Ardere facit corda tristitiâ, quae efficit ut oculi sanguineas lachrymas effundant, conditio in quâ nos te invenimus, paupertati similis. — Nempe subiectum verbi أَذْكَى est خطبٌ.

—, vs. 5 a f. sq. Lege: Magna est nostra tristitia propter te, o Facro-'l-'olā, nam maxima est calamitas ei cuius dignitas magna fuit. — Vult: quo maior fuit viri dignitas, eo maius est eius infortunium, si pristino honore privatur.

—, vs. ult. et ann. 238. Vera quidem sunt quae hîc dixi, sed fortiorem sensum habet ذات عمادة quam in versione meâ expressi. Spectat nempe poëta historiam 'Ādītarum, ut in 'al-Qor'āno narratur. Antea, dicit, eras in palatio 'Iramo simili. Spectat hoc ad Sūr. 89, vs. 5—7: أَلَمْ تَرَ كيف فعل ربّك بعادٍ، إِرَمَ ذاتِ العمادِ، التى لم يُخْلَق مثلها.

Sed nunc, ait porro poëta, es فى دكّان قارعة. Spectat hoc ad Sūr. 69, vs. 4, ubi dicitur, Ādītas misere periisse quia mendacium esse declaraverant القارعة, quae iis annuntiata erat. Est ibi القارعة *summum infortunium*, *interitus* الحالة الّتى تقرع النّاس بالافزاع والاجرامَ بالانفطار والانتشار, ut habet ·al-Baiḍāwī (p. ٣٥١ ed. Fleischer). Comparat igitur poëta nepotem ·al-Mo·tamidi cum Ādītis, et verba وعاد كونك فى دكّان قارعة significant: Tu nunc versaris in officinâ quae tibi est summum infortunium, interitus. Fortasse etiam non sine causâ verbo عاد utitur, ut nempe statim auditores de populo Ād cogitarent.

Pag. 373, vs. 9 sq. Lege: voluissem oculum meum — — questum fuisse.

—, vs. 6 a f. sq. et ann. 242. Haec iam correxi in Glossario ad ·Ibn-Adārīum p. 36 et infra Vol. II. p. 261, ubi dixi legendum esse: *is, qui constanter patiens est, post diuturnam patientiam laudatur*, quandoquidem غبّ idem est atque بَعْدَ. Exemplis quae attuli addi possunt haec: ·Ibn-Ḥaijān in loco mox edendo; ·Ibn-Doraid in ·*al-Maqçūra* vs. 129 ed. Scheidii; ·al-Wāḥidī in Commentario ad ·al-Motanabbī p. ٢, vs. 2 a f. ed. Dieterici.

Pag. 374, vs. 12 sq. (dum tamen caet.). Haec correxi supra p. 144.

—, vs. 9 a f. Lege: Cordobam eripuerat.

—, ann. 246 delenda est.

—, vs. ult., ann. 248, p. 375, vs. 1. Non sine dubitatione, ut vides, hîc de principe ex gente Bowaihi cogitavi. Etenim istiusmodi nomina propria ab ·Ibn-Bassāmo eiusdemque generis scriptoribus non petita sunt ex recentiori, sed ex antiquâ genuinorum Arabum historiâ. Necesse itaque est ut alius spectetur Abū-Naçr; quis vero hic fuerit, non tantum mihi, sed etiam Cl°. Fleischero incognitum est. — De sequenti phrasi, quae mihi etiam nunc obscura erat, consului Cl. Fleischerum, qui mihi respondit, اعطى hîc esse انْقادَ بعد الاستصعاب (propric de camelo, improprie de homine, ut apud ·al-Maqqarī II. p. ٨٠٥, vs. 2 a f.), quique citavit locum ex ·al-Maidānī ad proverbium quod in Freytagii editione exstat Vol. II. p. 413, n° 21, in historiâ de ·al-Ḥaggāgo, a Freytagio omissâ, ubi occurrunt verba: شرّ من ذلك اعطاء الفتنة واتّباع الضلالة, quae sic explicantur: قوله اعطاء الفتنة يريد الانقياد للفتنة يقال اعطى البعير اذا انقاد بعد استصعاب. —

22*

Noster itaque locus sic vertendus est: postquam invitus se submiserat et in eo fuerat ut aut occideretur aut caperetur.

Pag. 375, vs. 3 et ann. 250. Lege: et adversarii socordia. Ann. 250 deleatur.

—, ann. 252. Est reverâ ابن مرتين, ut patet ex primo 'Ibn-Bassāmi volumine, in quo aliquoties de hoc viro sermo est.

Pag. 376, vs. 4 sq. et ann. 262. Deletâ hac annot., legendum est: familiare commercium habuerat cum lupis. — Sic enim سكن الى فلان vertendum est, collato 'az-Zamacšarīo in *Asāso'l-balāga*: سكنتُ الى فلان استأنسْتُ به; quae significatio Lexico addatur.

—, vs. 8 sq. Vide supra p. 144.

—, vs. 18. Lege: qui ei rem indicabat.

—, vs. 5 a f. sq. Lege: custodem, qui ad eum egredi faciebat audaces quosdam urbis viros.

Pag. 377, vs. 1 sq. Deletis punctis legendum est: Nihil enim solus et sine eius consilio faciebat, et nullam rem caet.

—, vs. 7 sq. Legendum esse: ut propter eius tenebras canis tentorii funem videre non posset, dixi Vol. II. p. 262.

—, vs. 13—16 et ann. 269 et 270. His annotationibus deletis, locus sic legendus est: cum parvo agmine et obtusâ (gladii) acie. Postquam illi qui cum eo erant tesseram suam militarem pronuntiaverant et aliquamdiu nesciverant utrum se periculo exponerent an socordes essent, tandem palatium 'Abbādi petiverunt.

—, vs. ult. et ann. 271. Deletâ hac annot. et collatis iis quae nunc ad textum dixi, legendum est: et cum tegeret mors.

Pag. 378, vs. 1 sq. Lege: sed illi, qui eum ad 'Ibn-Ḋī-'n-nūn ducebant, huius iussis obtemperantes, celarunt quae ei acciderunt eiusque vestigium deleverunt. — I. e. 'Ibn-Martīn in itinere a militibus clam, sed iubente 'al-Ma'mūno, interfectus est.

—, vs. 3 sq. Lege: per totam noctem palatia patriciorum Cordobensium invasit, repetitis vicibus se ad eos conferens et se ipsum iis monstrans.

—, vs. 6—9. Haec sic legenda sunt: Die itaque proximo se cum eo ex rerum novarum studiosis et infimâ plebe quae seditiones amat tales coniunxerunt, qui eum defende-

rent et illos arcerent qui eo potiri vellent. Universum populum convocavit in templo maximo; venerunt tunc omnes, tardi haud minus quam agiles, et sive caet.

Pag. 378, vs. 12. Lege: se calvitiei locum in vulture. — Est nempe صُلْعَة locus calvus in summitate capitis vulturis, et phrasis *calvitiei locum in vulture conculcare* est sine dubio proverbialis locutio pro: potentem et formidolosum adversarium vincere.

—, ann. 275. Aliud exemplum verbi هَشَّ cum الى p. est in *Kitābo 'l-ʿagānī* p. ۴۳, vs. 7 ed. Kosegarten.

Pag. 379, vs. 4—7 et ann. 279. Deletâ hac annot., locus sic vertendus est: Paucos tantum menses quorum breve spatium effecit ut manus computantis non defatigaretur, nec longa esset tristitia illius qui ʿIbn-Dī-'*n*-nūn*um* oderat, deinde vixit rex; tunc enim interitus ei paratus est ex loco a quo se tutum esse putabat, tempore quo integro adhuc corpore erat, nunc mala, nunc bona faciens; nam caet. — Ad كَفّ العاقد cf. de Sacy, *De la manière de compter, au moyen des jointures des doigts, usitée dans l'Orient* in *Journ. Asiat.* (1823), III. p. 65 sqq., et Rödiger in *Jahresbericht der Deuts. morgenl. Gesells.* 1845, p. 111 sqq.

—, vs. 8 et ann. 280. Pro *timendum* lege *confestim necans*; cf. supra p. 134.

—, vs. 15. Hanc versionem correxi Vol. II. p. 262, sed nomen proprium videtur esse, non Ḋowwāb, ut pronuntiavit de Sacy, sed Ḋawwāb; sic certe exstat in accuratissimâ editione ʿal-Motanabbīi (p. ۴۹۹, vs. 7 a f.), quam dedit Cl. Dieterici.

Huic paragrapho nunc ex primo ʿIbn-Bassāmi volumine locum addere possum de Cordobâ ab ʿal-Moʿtamido Ḡahwarīdis ereptâ, ad quem provocat ʿIbn-Bassām in mei libri Vol. I. p. 322, vs. 14. Reperitur in capite de ʿIbn-Ḫaijāne (fol. 158 v. — 160 r.):

قال ابن حيان وفى سنة ستّ وخمسين واربعمائة كثر خَوْضُ اهل قرطبة فى الّذى راوه من تنافُس[a] ولَدَىْ ابى[b] الوليد محمّد بن جهور فى * الانتصاب للخلافة كبيرِ[c] جماعتهم عبد الرحمن بن محمّد واخيه عبد الملك بن محمّد أَشْهَمِهِم فُؤَادا[d]، وأَصْلَبِهِم عُودا[e] "

a) Cod. تناقس. b) Cod. ابا. c) Cod. الانتصاف للخلافة كثير. d) Cod. استهمهم فلوادا. Cf. ʿal-Ḡauharī (sub شهم): هو شَهْمٌ اى جَلْدٌ ذكىّ الفُؤَاد. e) Cod. عردا. Cf. ʿaz-Zamaḫšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub صلب): هو صلبُ المَعاجِم وصليبُ العُود.

الّذى كشف عن وجوههم غُمّةَ [a] مُرعِسهم [b] ابن السّقّاء [c] كافِرِ نعْمَتِهم فاستردّ [d] لهم ما كان تَوَلّى من سلطانهم بِفتْكته [e] به الّتى [f] أَثْبَتَتْ اوتادَ ملكهم ثمّ شَدَّ يَدَهُ بِطلبِ [g] حَقِّه من ذلك ونازَعَ اخاه كبيرَه عبدَ الرحمن ما ذهب اليه من التفرّد به وقد كان اشار على ابيهما بعضُ حُلفائه [h] من روساء الاندلس بإِثْنار عبد الرحمن منهما فتمسّك الشيخ بحظّه من إرضاء ولده الصغير عبد الملك فمال [i] الى قسمة الرياسة بينهما حياتَه غير ناصب لاحدهما [k] للامر يقضى به اللّه لمن يشاء من بعد .... [l] والده فيه فمتّع نفسَه بِهواها فى صغيرِ ولده وانشد قول البُحْتُرىّ

(الكامل) واذا الفتى فَقَدَ الشبابَ سما له　　حبُّ البنين ولا كحبِّ الاصغرِ

فارتع ولَدَيْه [m] هذين فى دنياه وبسط ايديهما فى سلطانه فطفقا يستميل كلٌّ منهما من الجند طائفةً ويصطنع من الرعيّة فرقةً ويفتلذ [n] من عصيدة [o] المُلْك فلذةً [p] فاصبح الامر مختلطا والارباب متفرّقين والمخاوف تطلع من كلّ ثنيّة والهوادى تُوذِنُ [q] بالأَعْجاز واللّه كلَّ يوم فى شَأْنٍ ثمّ خاف عليهما فجعل الى اكبرهما عبد الرحمن النظر فى امر الجباية [r] والاشْراف على اهل الخدمة ومشاهدتهم فى مكان مجتمعهم والتوقيع فى الصكوك [s] السلطانيّة المتضمّنة للحلّ والعقد والاطّراح [t] والضمّ وجميع ابواب النفقات أَلْجَأَ كلَّ ذلك الى خُطّته [u] وامضاه تحت ختمه وجعل الى عبد الملك النظر فى الجند والتولّى لعرضهم والاشراف على اعطيتهم والركوب فيهم لدى الرّوْع وتجريدهم فى البعوث والتقوية لِأَوَدهم وجميع ما يخصّهم فَرضِيَا منه بهذا التقسيم، واقامهما به على الصراط المستقيم»» ✿ قال ابن بسام الى هاهُنا انتهى ما لخّصتُه من اخبار الدولة الجهوريّة من كلام ابن حيّان، وَقْتَ

---

a) Cod. عمه. Cf. ·az-Zamacšarī sub غمّ : مثلك يكشف الغمّاء ويكفى الداهية الصمّاء وهى الشديدة من الشدائد الّتى تغمّ , et sub كشف : كشف الله غمّهُ وهو كَشّافُ الغُمَمِ.

b) Cod. من عسهم. c) Cod. السفا. d) Cod. فاستدرد. e) Cod. يفتكته. De formâ فتْكة iam annotavi supra. f) Cod. الذى. g) Cod. يطلب; cf. ʼIbn-Ḥaȳān apud ʼIbn-Bassām Vol. III. fol. 49 v.: وشَدَّ الكُفّارُ ايديهم بمدينة بَرْبَشْتر واستوطنوها. h) Cod. خلفائه. i) Cod. فقال. k) Cod. لاحوهما. l) Cod. صنبع. m) Cod. ولده. n) Cod. د pro ذ. o) Cod. عقيده (sic). p) Cod. فلذه. q) Cod. تودن. r) Cod. الجناية. s) Cod. الشكوك. t) Cod. ج pro ح. u) Cod. خطه. Legere etiam possumus حَظّه (portio).

تجرّدى [a] للفراغ من املاء هذا الديوان، واستعملته [b] لاخراج هذه النسخة المُغرّبة منه واعيانى تتبُّعه لآثارهم، وشرد علىّ نظامه لبقيّة اخبارهم، ولم اجد بُدًّا [c] من نظامه، ليجىء غيره [d] بتمامه، فرقعتُ [e] الضحى بالغلس، وجمعت [f] بين حافر العَيْر [g] وجَبْهة [h] الفرس، على تفاهة علمى، وركاكة نظمى، وغِبّ نوب أنْسَتْنى اسمى، وجرت مجرى الروح فى جسمى [i] ، كان عبّادٌ [k] صَدْره من شان ابن السقّاء مدبّر دولة بنى جهور ما لا يَسَعُه بوحٌ [l] ولا كتم، ولا يردعه سفهٌ ولا حلم، شَرَقًا [m] بحسن سيرته، وعجزًا [n] عن استمرار مريرته [o] ، *وحسدًا لآل جهور [p] فى من حسم عنهم الاطماع، وجمع [q] دولتهم الشعاع، فقد كان ابن السقّاء هذا من الاستقلال بمَلْآنه، والضبط لسلطانه، والاستيلاء على ميدانه، بحيث يُخيف الانداد، ويغيظ الاعداء والحُسّاد، فدسّ عبّاد الى عبد الملك بن جهور مَنْ جسّره على الفتك [r] ، والى ابن السقاء [s] مَنْ ألْقَى فى روعه حبّ الملك، وكلاهما راشٍ وبَرِى [t] ، حتّى جرى القدر بينهما بما جرى، وسيأتى الخبر عنهما فى ذلك مشروح [u] الاسباب، فى القسم الرابع من هذا الكتاب، وخلا لعبد الملك الجوُّ بعد ابن السقا فأعْرض [v] واطال، وصلف [w] الطعنَ وَحْدَهُ والنزال، وأعْجَبَه شانُه وازدهاه، وأمَرَهُ شيطانُه ونهاه، ووجد عبّاد السبيل الى شىء طال ما كان يُسِرُّ ذكراه، ونَغَّص عليه كثيرًا [x] من لذّة دنياه، من افتقار بنى جهور الى نصره [y] ، وتصرّفهم بين نهيه وامره، وانقبض عن عبد الملك لاوّل استبداده [z] بالامر حُمَاتُه الّذين [aa] كان ابن السقّاء يرفعهم *برِفْقه، ويصطنعهم بحِذْقه [bb] ، ويُورِدُهم [cc] ماءَ سماحته وتبذّله [dd] ، ويُلْحفهم ظِلّىْ تَواضُعه وعَدْله، وقد خامَرَ نفسَ يحيى بن ذى النون من الشغف [ee] بقرطبة ما هوّن عليه انْفاقَ المال، واحتمالَ الانتقال [ff] ، وتكلُّفَ الحلّ والترحال،

---

a) Cod. تجودى. *b*) Cod. واستعملت. *c*) Cod. يدا. *d*) Cod. غيرهم ; sed de hac et de praecedente sententiâ dubito. *e*) Cod. فرفعت. *f*) Cod. ح pro ج. *g*) Cod. العين. *h*) Cod. وجهة. *i*) Sic legendum est, iubentibus sententiâ et homoeoteleuto, pro Codicis جنبى. *k*) Cod. عباد. *l*) Cod. نوح. *m*) Cod. شرفا. *n*) Cod. واعاجزا. *o*) Cod. من برته. *p*) Cod. وحسد الاول حبور. *q*) Cod. من جمع. *r*) Cod. الفتد. *s*) Cod. السها. *t*) Cod. ويوا ; vide ad versionem h. l. *u*) Cod. مسروخ. *v*) Cod. ص pro ض. *w*) Cod. وصلب. *x*) Cod. كثيره (sic). *y*) Cod. قصره. *z*) Cod. استمداده. *aa*) Cod. الذى. *bb*) Sic ex coniecturà, de quâ tamen non certus sum, scripsi. In Cod. est: ويرفعه ويصطنعهم بحرقه. *cc*) Cod. ويوددهم. *dd*) ويديه habet Codex; vide infra ad versionem h. l. *ee*) In Cod. duae ultimae literae punctis destitutae sunt, sed certum est, legendum esse ut edidi. *ff*) Cod. الاتقال.

فهى مضمار [a] خيله، ومدرج سيله،، وحديث نفسه، وهَمّ يومه وامسه،، وخلت السنون، وغالت عبّادًا المَنُون،، وصار الامر الى ابنه المعتمد سنة ٦١ فلمّا كان اخر سنة ٦٢ بعدها دلف ابن [b] ذى النون الى قرطبة وكان لا يُغِبُّها شَرُّه، ولا ينام عنها مكره،، واحتاج عبد الملك بن جهور الى استمداد، المعتمد بن عبّاد،، لانفصاص من لديه، وعَجْزِه عمّا كان أَسْنَدَ مِنْ امر قرطبة اليه،، فامدّه ابن عبّاد بجمهور اجناده، على اكابر قُوّاده، وقد تقدّم اليهم بمراده، ونَهَجَ لهم سبيلَ اصْداره وايراده،، فوافوا قرطبة ونزلوا بربض الجانب الشرقى منها واقاموا بها ايّاما *يَحْمون حِمَاها وأَعْيُنُهم تَنْزَدِرمُ عليه، ويَذُبُّون [c] عن جَنَاها وأَفْواهُهم تتحلّب اليه،، فلمّا سَئِمَ ابن ذى النون سفره واجتواه [d]، وقضى من غزو قرطبة وطره وما قضاه،، واخذ فى الرحيل عنها فما انقشعت [e] سدفة ليله، ولا سَرَتْ [f] سَنابِكُ [g] خيله،، حتّى هتك العبّاديّون الحريم، وركبوا الامر العظيم،، فاتوا متحدّثين بالقفول، ثمّ غلّسوا مُظْهِرِين للرحيل،، وعبد الملك متأهّب لتَشْييعهم [h]، عازما على البكور الى توديعهم، وتشكّرهم عن حسن صنيعهم،، فلم *يَرُعْه الّا [i] احْداقُهم بقصره، وارتفاعُ اصواتهم بالبراءة مِنْ امره، واصْمات الافواه عن ذكره،، وقد عيضَتْ [k] له ليلتُه بيوم عقيم، وافترّ له ناجذ [l] صبحها [m] عن ليل بهيم، ومشى بين انصاره هنالك بين اسد شتيم، وأَسْوَدَ مسموم،،

(الطويل) ومن يجعل الضرغام للصيد بازه   تصيّده الضرغام فيمن تصيّدَا

وقُبِض للحين عليه وعلى اخوته، وسائر اهل بيته وأُسْرَته، وبالغوا لوَقْتهم فى انتهاك حرمته، وازالة نعمه واخفار ذمّته،، وأُخْرِجَ الشيخ اليَفَنُ [n] ابو الوليد بقيّة [o] اشراف الاندلس، كان

---

a) Cod. ﺼ pro ﻀ. b) Cod. من. c) In Codice haec misere corrupta sunt hoc modo: يحمون مما حاول عينهم بردحم عليه وتدنون. Reliquas meas emendationes certas esse puto; dubium tantum est de verbo quod post اعينهم sequitur. Nempe ex Codicis بردحم primo obtutu efficeres تَرْدَحِمُ, 8am formam verbi زحم; sed mira haec, *de oculis* ubi sermo est, esset metaphora. Lego igitur تنزدرم, quod in Freytag*ii* Lexico 8a forma verbi زرم est (*deglutivit*), non vero in Lexicis ab Orientalibus scriptis, nam tum apud 'al-Ġauharī, tum in *'al-Qāmūso* est, ut ita dicam, verbum *per se*, non a زرم derivatum: الازْدِرامُ الابْتِلاعُ. Caeterum nullâ auctoritate dixit Freytag hoc verbum *cum accus.* construi.

d) Cod. ح pro ج. e) Cod. غ pro ة. f) In Cod. ultima huius vocis litera videtur ف vel ق vel ن sine puncto. g) Cod. سنابد. h) Cod. لتشبيعهم. i) Cod. يرعهم sine الّا. k) Cod. غضت. l) Cod. ناحد. m) Cod. صفحها. n) Cod. الغفن. o) Cod. نعيه. Cf. in mei libri Vol. II. p. 157, vs. 4: هو بقيّة هذا البيت.

فى وقته مفلوج الشدق، مائل الشّق، مقلوب الباطل والحق،، لم تحفظ له حرمه، ولا رعى فيه أَلّيٌ الأَذمّه [a] ،، بلغنى انه لمّا توسّط قنطرة قرطبة خارجا منها على مركب هجين، وحالة تقرُّ عيون الحاسدين،، رفع يديه الى السماء، واخذ يبتهل فى الدعاء،، وكان ممّا حُفظ عنه قوله اللّهمّ كما أَجْبَنْتَه [b] علينا * فأَجِبْنا عليه [c] فمات بجزيرة شلطيش بعد اربعين يوما من نكبته مُزال [d] النعمة فتعٰلى المنفرد بالبقاء، جبّار الارض والسماء،، وأُقِرّتْ ساقته بجزيرة شلطيش فاقاموا هنالك اكثر ايّام المعتمد تُؤَخِّرُهم [e] الحدثان وتضعهم [f] ، ويخفضهم الزمان اكثر ممّا يرفعهم ✿

Ait ʿIbn-Ḥaijān: Anno 456 Cordobenses multa locuti sunt de re cuius testes erant, nempe de aemulatione duorum filiorum ʿAbū-'l-Walīdi Moḥammedis ʿibn-Ǧahwar, quorum uterque successor consulis reipublicae creari volebat, ʿAbdo-'r-raḥmāni scilicet et ʿAbdo-'l-meliki, qui reliquos Ǧahwarīdas ingenii acumine et mentis firmitate superabat, quique eos angore liberavit quo eos affecerat vir ille qui eos trepidare faciebat, nempe ʿIbno-'s-Saqqā, ingratus ille; recuperavit [120] enim iis eam potestatis partem quae eos effugerat, quandoquidem illum obruit et peremit, quo factum est ut eorum imperium denuo stabiliretur. Deinde institit ut ea potestatis pars ipsi concederetur, quam sui iuris esse putabat, et fratri natu maiori ʿAbdo-'r-raḥmāno eripere studuit imperium quod ille sibi soli arrogaverat. Patri quidam princeps Andalusiae, eius confoederatus, consilium dederat ut summos honores concederet ʿAbdo-'r-raḥmāno; sed senex nunc ut antea animi desiderio obtemperavit, ipsum impellenti ut faceret id quod filium natu minorem ʿAbdo-'l-melicum contentum redderet. Eam igitur in rem propensus fuit ut, quamdiu viveret, imperium inter utrumque filium divisum esset, sed ita ut neutrum sibi successorem constitueret, hac in re decisionem Deo relinquens, qui post ipsius mortem imperium daret

---

a) Cod. د pro ذ. *b*) Cod. اجبت. *c*) Cod. فاجبه لنا. *d*) Cod. بمن ال. *e*) Cod. باحدهم vel باحرهم, i. e. تَأَخُّرُهم; cf. *Kitābo 'l-alfāṭ* MS. 1070 fol. 87 v.: فلانٌ بَيِّنُ الضَّعَة ومُؤَخَّرُ المنزلة. *f*) Cod. ويضعهم.

120 10[am] formam verbi ردّ significare *recuperavit*, annotavi in mei libri Vol. II. p. 14, ann. 7.

cui vellet. Hoc itaque modo animo dedit id quod cupiebat quod attinet ad filium natu minorem, et recitavit versum 'al-Boḫtorī*i*:

> Quando quis non amplius iuvenis est, supervenit ei amor liberorum; sed fortissimus amor est amor natu minoris.

Hos itaque filios divitiarum quas possidebat compotes fecit, iisque imperium tradidit. Tum vero uterque exercitûs partem sibi conciliare, civium partem beneficiis ad se trahere et frustum ex pulmento imperii sibi capere studuit. Hinc factum est ut respublica turbaretur et viri principes discordes essent; etenim pericula ex quovis loco imminent, priores catervae equites annuntiant adventum posteriorum [121] et *Deus quovis die nova producit* [122]. Deinde pater, metuens ne gravissima mala ex filiorum inimicitiâ orirentur, natu maiori 'Abdo-'*r*-raḥmāno commisit curam tributorum, custoditionem ministrorum, quorum consessibus adesse deberet, ius signandi acta publica quibus quid abrogabatur aut constituebatur, removebatur aut coniungebatur, curam denique omnium quae ad expensa pertinent; haec omnia, inquam, eius muneris esse declaravit, voluitque ut sub eius sigillo fierent. 'Abdo-'l-melico vero commisit curam exercitûs: milites lustrare debebat, curare ut stipendia acciperent, inter eos equitare si tumultus oriebatur, agmina ex iis emittere, emendare quae in eorum rebus minus bona erant [123], et in universum omnia ea curare quae ad eos spectabant. Placuit utrique haec divisio, et sic agens, eos in rectam viam posuit.

Ait 'Ibn-Bassām: Hic desinunt ea quae ex sermone 'Ibn-Ḥaijān*is* de historiâ imperii Ǵahwarī*darum* describere possum tempore quo huic Dīwāno dictando finem impono, et ea quibus usus sum ad peras [124] huius libri ex eo implendas. Reliqua quae ad eos spec-

---

121) Proverbialis locutio, cuius sensus est: mala quae iam acciderunt, peiora annuntiant.

122) Sunt verba '*al-Qor'ān*i (55, vs. 29): كُلَّ يوم هو فى شان.

123) Phrasis قَوَّى أَوَدَ فلانٍ proprie est: *corroborare id quod in aliquo curvum est.* Occurrit etiam apud 'Ibn-'Adārī I. p. ٢٠٧ ed. meae: امدّه بالخِلَعِ والاموالِ وقَوّى أَوَدَه على ما كان يحاوله من حرب ابن ابى العيش

124) أَخْرَاج, plur. a خُرْج, in Lexico desideratur, sed alia exempla dedi in Glossario ad 'Ibn-'Adārī p. 23.

tantia dedit deque eorum historiâ scripsit nancisci non potui. Credo igitur me ipsum eam narrare debere, ut ab alio eius finis explicetur. Defectum igitur illustris diei reparare studui ei ultimas noctis tenebras substituens, et ungulam asini coniunxi cum fronte equi, licet mea scientia parva sit et stylus debilis, et post [125] fortunae casûs qui effecerunt ut nominis mei oblitus sim [126] quique meum corpus ad instar animi pervaserunt.

'Abbādi pectus propter 'Ibno-'*s*-Saqqā*um*, ministrum Ǵahwarī*darum*, ita erat comparatum, ut frustra eius conditionem aut manifestare aut celare voluisset, utque neque stultitia neque sapientia eam negare posset; nam praefocatus quasi erat pulchrâ huius ministri agendi ratione, videbat se eius firmo animo imparem esse, et invidebat Ǵahwarī*dis* virum illum qui effecerat ut ipsorum hostes non amplius ipsos aggredi cuperent, quique ipsorum dispersum imperium collegerat. Etenim hic 'Ibno-'*s*-Saqqā plenam suam hydriam [127] tam praestanti modo portabat, imperium tam egregie administrabat, metamque tam bene attingebat, ut adversariis metum iniiceret et hostes osoresque irâ impleret. Hanc ob causam 'Abbād quemdam ad 'Abdo-'l-melic 'ibn-Ǵahwar misit, qui hunc instigaret ut ministrum obrueret et perimeret, et simul ad 'Ibno-'*s*-Saqqā alium misit, qui in huius pectore amorem regni excitaret. Uterque itaque [128] bona et mala fecit [129] donec ex fati decretis id iis accidit quod accidit; hanc vero eorum historiam fuse narrabimus in parte quartâ huius libri. 'Ibno-'*s*-Saqqāo mortuo, aër vacuus et liber erat 'Abdo-'l-melico; quapropter ad suum arbitrium omnia faciebat [130], gloriabatur se solum hastâ confodere et pugnare, conditione suâ superbus et gloriosus, et suo tantum daemonio obtemperans.

---

125) De غبّ *post* vide supra p. 163.

126) Nomen *Ibn-Bassām* significat *filius subridentis.*

127) Adiectivum مَلْآن hìc substautive positum est.

128) Nempe princeps et minister.

129) Phrasis راش وبرى proprie est *pennis instruxit* (sagittam) *eamque dolavit;* sed Arabes rem ita proponunt ac si primum sagittae gratum, alterum ingratum sit, et hinc راش est *bona facere*, برى *mala facere*, ut patet ex versu quem habet 'az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub ريش):

(الطويل) فَرِشْنى بِخَيْرٍ طال ما قد بَرَيْتَنى   فخيرُ الموالى مَنْ يَرِيشُ ولا يَبْرِى

et ex phrasi quam adducit: يَرِيشُ قومًا ويَبْرِى اخرين.

130) Ad verbum: *larga et longa faciebat* (scil. quae ita esse volebat).

Invenit sic ʿAbbād viam ad rem perficiendam, de quâ diu clanculum locutus erat quaeque multas eius voluptates turbidas et ingratas reddiderat: volebat nempe ut Gahwarī*dae* eius auxilio indigerent eique obtemperarent. Nimirum quam primum ʿAbdo-'l-melic solus imperium exercuit, irati eum reliquerunt milites, quos 'Ibno-'*s*-Saqqā elevare solebat suâ benignitate sibique conciliare suâ solertiâ; quos ad duplicem aquam ducere solebat, suam nempe liberalitatem et familiaritatem quam erga eos ostendebat [131], quosque duplici umbrâ operiebat, nempe modestiâ et iustitiâ. Interea Jaḥjā 'ibn-Dī-'*n*-nūn tantopere Cordobâ potiri desiderabat, ut neque opes curaret quas hanc ob causam erogaret, neque longa itinera, neque molestias quas expeditio militaris creat; erat enim ea urbs hippodromus in quo eius equi currebant, alveus in quo eius torrens fluebat, res de quâ secum semper colloquebatur et de quâ quovis die solicitus erat.

Praeterierunt anni et mors ʿAbbād*um* abripuit [132]. Imperium itaque delatum est in eius filium 'al-Moʿtamid*um* anno 461. Exeunte anno sequenti, nempe 462, 'Ibn-Dī-'*n*-nūn sensim sensimque Cordobae appropinquavit. Quovis die urbem malo afficiebat et semper eâ dolo potiri studebat. Coactus tunc fuit ʿAbdo-'l-melic 'ibn-Gahwar opem 'al-Moʿtamid*i* 'ibn-ʿAbbād implorare, nam milites qui apud eum fuerant eum reliquerant, et iis [133] destitutus quibus hanc illamve partem administrationis demandaverat, nihil amplius agere poterat. Eius votis annuens, 'Ibn-ʿAbbād ei magnum exercitum, cui praestantissimi duces praeërant, misit; sed his id quod volebat explicuerat iisque praescripserat quo modo rem inchoare et ad finem perducere deberent. Venerunt igitur Cordobam et diversati sunt

131) Voci يبديه, quam hîc Codex habet, sed quam bonam non esse probat tum sententia tum homoeoteleuton, substitui تبذّله, quia تبذّل simile quid exprimit atque تواضع quod in altero membro sententiae est. Significat enim تبذّل, ut annotavit Quatremère in *Nouveau Journ. asiat.* XVI. p. 419: *se prodiguer soi-même, se rendre familier*, adducens locum 'Ibno-'l-Atīr*i*: علا عن التبذّل للعامّة, *il était trop fier pour se familiariser avec le peuple;* cui loco addatur 'al-Maqqarī II. p. ٣٩٢, vs. 3, ubi voci التبذّل respondet الانبساط.

132) Vides, 'Ibn-Bassām*um* vocem منُون pro *femin.* habere, quod neque in Lexico neque in Sacyi Grammaticâ annotatum est.

133) De ما ubi de hominibus sermo est, vide supra huius Voluminis p. 94.

in suburbio partis orientalis, ubi per aliquot dies manserunt, urbis territorium defendentes, dum tamen eorum oculi illud deglutiebant, et hostes ab eius melle repellentes, dum tamen hoc iis salivam movebat. Deinde ʿIbn-Ḋī-ʾ*n*-nūn susceptum iter fastidivit et ab eo abhorruit, expeditionem Cordobensem terminavit, voti tamen non compos factus, et regredi incepit; sed quum vix tenebrae eius noctis dispersae erant et vix ungulae eius equorum abierant, milites ʿIbn-ʿAbbād*i* sacrosanctum locum profanarunt et gravissimum facinus perpetrarunt. Etenim prae se tulerunt se regredi velle et exeunte nocte iter suscipere videbantur. ʿAbdo-ʾl-melic iis valedicere sibi proposuerat; diluculo surgere voluerat ut iis valediceret iisque gratias ageret pro eorum beneficio; sed subito vidit eos palatium circumdantes, audivit eos clamantes ipsum imperio esse privatum nemine contradicente. Sic pro nocte sterilis dies ei datus est, et quum aurora ei subridebat, ostendit ei noctem obscuriorem. Inter suos adiutores erat ut inter leonem vultu horribilem et serpentem venenosum.

Venatorem, qui leone tamquam falcone utitur, venatur leo [134].

Statim comprehensus est cum suis fratribus et reliquâ eius familiâ, militesque ʿIbn-ʿAbbād*i* statim eum maximo dedecore affecerunt, eius divitias diripientes et datam fidem fallentes. Quod vero attinet ad decrepitum senem ʿAbū-ʾl-Walīd, summum ex viris nobilissimis Hispaniae, qui suo tempore eloquentiâ inclaruerat [155], superbiâ notus fuerat [136], et alternatim prudens fuerat et stultus, ex urbe hic eductus est; ei debita clientela non observata est, neque iuratum [137] foedus servatum. Narratum est mihi eum, Cordobam relinquentem, vili equo insidentem et in conditione versantem quâ gaudebant

---

134) Est versus al-Motanabbī, qui etiam occurrit in mei libri Vol. II. p. 149.

135) مفلوج الشدق proprie est *is qui oris angulos bene fissos habet* et idem denotat atque أشدق *disertus orator.*

136) مائل الشق proprie est *in unum latus inter eundum propendens.* Dicitur hoc de superbo, et multas alias similes locutiones habent Arabes quibus idem exprimunt, v. c. مائل الرأس (ʿ*al-Hamāsa* p. ١٠٤), مائل العنق, مائل المنكب (ʿaz-Zamacšarī in *Asāso ʾl-balāga* sub ميل), أنكب (vide ʿ*al-Hamāsa* l. l.).

137) ألي hìc passivo sensu accipio, licet in Lexico haec significatio non enotata sit.

oculi eius osorum, in medio ponte manûs coelum versus sustulisse, precatum fuisse et inter alia haec dixisse: «O Deus! veluti tu eius vota contra nos exaudivisti, exaudi «nostra contra eum!» Quadraginta dies post in insulâ Šaltīš diem supremum obiit, divitiis quas possederat privatus; laudatus sit ille qui solus aeternus est, rex terrae et coeli! Manserunt eius posteri [138] in illâ insulâ, ibique vixerunt per maiorem regni 'al-Mo'tamid*i* partem, dum fortunae casûs eos postponebant et deprimebant, tempusque saepius eos humiliabat quam elevabat.

Sequitur in Codice locus 'Ibn-Ḥaijān*is*, tam misere corruptus et tantis lacunis vexatus, ut sine melioris Codicis ope edi non possit, in quo dicitur regem Toleti, debilissimo hosti imparem, in ora hominum pro ludibrio abiisse, et breviter narratur, Ǵahwarīd*as* ab Hispalensibus imperio esse privatos.

---

138) Haec significatio vocis ساقة Lexico addatur.

CAPUT QUARTUM.

Accuratissima collatio Codicis Londinensis n°. 7593, quam amicissimo Wright debeo, me docuit, me non prorsus recte affirmasse, hunc Codicem in Oriente descriptum esse ex illo qui nunc Parisiis servatur. Est quidem maxima inter eos convenientia, attamen in nonnullis differunt, et Codex Londinensis quasdam, licet perpaucas, correctiones mihi suppeditavit. Recte igitur Amari [1] sic de iis loquitur, ut dicat esse: «due copie «analoghe.»

Pag. 384, vs. 7. Pronuntia مِنْ شاهِد, ut dixi Vol. II. p. 262.

—, vs. 6 a f. Legendum esse ذاك الغبارَ dixi l. l.

Pag. 385, vs. 3 et ann. *c*. Nihil deëst in hoc versu, qui sic legendus est:

وأنّهمْ بك يستبشرو ... نَ ألّا تَخافَ وألّا تُضارا ۞

—, vs. 7. Lege رَحّلوك ex L.

—, vs. 8. Cl. Fleischer (ad ʿal-Maqqarī*um* II. p. XXXIX) pronuntiare iubet خِزْيًا, quia forma خِزْى, non vero خَزْى, constanter in ʿal-Qorʾāno legitur. Formam خَزْى habet Freytag in Lexico et etiam editio Calcuttensis ʿ*al-Qāmūsi* in phrasi: كنتُ اشدَّ خَزْيًا منه; sed ʿal-Ǵauharī tantum خِزْى dat.

—, vs. 9. Perperam dixit Dugat in editione ʿal-Maqqarī*i* (II. p. ٥٧٣, ann. *d* et *e*), me لتجفنيك et عليك dedisse ex ʿ*al-Ċarīda*. Etenim sic dedi ex coniecturâ, ut dixi in ann. *i* et *k*, nam in ʿ*al-Ċarīda* neque hic versus neque praecedens invenitur; addidi

1) *Storia dei musulmani di Sicilia* I. p. XLV.

eos, ut monui in ann. *d*, ex solo ·al-Maqqarīo. Male etiam dixit Codicem G. (i. e. Gothanum) habere عليهم ; habet عليكم, ut dixi in ann. *k* ; fortasse alius Codex habet عليهم, sed عليكم est certe in duobus, Leidensi, quem evolvi, et Gothano. Credo nihilominus عليكم hîc sensum non praebere meamque emendationem عليك esse servandam ; repono contra Codicum لَعَيْنَيْكَ et versum nunc aliter interpretor ; vide infra ad p. 401.

Pag. 385, vs. 10 et ann. *l*. Metrum docet vocem illam quam omisi et quae in Cod. L. eodem modo scripta est atque in Cod. Paris., esse vocem duarum syllabarum, quarum prior brevis, altera longa esse debet. Quae quum ita sint, nihil aliud restat, credo, quam ut legamus سِوَى, eo sensu quo significat *ipse* (hîc *ipsos*), quam significationem ex كتاب الاضداد (vide Codicem nostrum 552, p. 26 sqq.) notavit Freytag. — Caeterum pronuntia جَزَتْ.

—, vs. 12. Lectio Codicis وقلب servari potest, nempe وَقَلْبِ, ita ut genitivus pendeat a praepositione ب in versu praeced. (nempe in ببعهد). Sequens vox est نزوع in L. et idem suspicor esse in P., nam نزوع et تروع in Codd. saepe a se invicem distingui non possunt. نزوع bonum est; idem est atque نازِعٌ a نزع الى فلان. Freytag hanc significationem non habet, sed habet eam ·az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub نزع): بَعِيرٌ نازِعٌ ونَزُوعٌ ينزع الى اوطانه. Pronuntia igitur: وَقَلْبٍ نَزُوعٍ.

—, vs. 2 a f. et ann. *w*. Hoc vocab. in L. est دىحىل (sic). Caeterae voces in L. plane eodem modo scriptae sunt atque in P., et quandoquidem tot puncta diacritica omissa sunt, difficile est dictu quid auctor scripserit.

Pag. 386, vs. 5 et ann. *e*. L. recte addito puncto يبهر i. e. يَبْهَرُ.

—, vs. 6. Pro isto اباعه, quod explicari nequit, lego أُبِيعُهُ. In seqq. lege أغْبِنْ * et الرغد *.

—, vs. 9 et ann. *h*. Voculâ قد, quam perperam addidi, deletâ, pronuntiandum est خُانْتَعَهُ.

—, 2 versûs ultimi. Cf. Vol. II. p. 89 et 262, ubi hos versûs correxi. Pro يجرى Cl. Fleischer (in ·al-Maqqarīi editione II. p. xxx) recte legit يُجْزَى, ut est in uno ·al-Maqqarīi Codice (vide II. p. ٢٨٣ ann. *f*).

Pag. 387, vs. 6. Pro ليستدعيه L. melius يستدعيه.

—, vs. 15. Pro primo وبكت L. rectissime فتكت (فَتَكْتُ). Voci عنى substituatur Codicis منّى, quod etiam in L. est.

—, vs. 3 a f. et ann. *h*. Lectio Codicis طيه (i. e. طَيِّهِ), quam etiam L. habet, servanda est. Pronomen nempe ه spectat ad subintellectum الكتاب; cf. ·az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub طوى): وجدتُ فى طَيِّ الكتاب كذا, et supra huius Voluminis p. 153.

Pag. 388, vs. 5. Pro شكوت L. male سكرت, et pro اعنت, quae vox mihi corrupta videbatur (v. p. 404, ann. 51), اعيت. Neque haec lectio ferri potest; sed certum est, legendum esse أغْبَبْتُ; cf. ·az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub غبّ): أَغْبَبْتُه اغْبابًا زُرْتُه غِبًّا, et versum apud ·al-Maidānī I. p. 588 ed. Freytag:

(الطويل) عليك بإغْباب [2] الزيارةِ انّها اذا كثُرتْ كانت الى الهجر مَسْلكا ۞

—, vs. 9 sq. Lege لِمَاعُ et ترتاعُ.

—, vs. 2 a f. Lege يرتاعُ.

Pag. 389, vs. 6. Istud داوَى etiam dedit Dugat in editione ·al-Maqqarīi (II. p. ۴۸۳), non improbante Fleischero; sed sensum nunc alium esse credo quam in versione expressi (vide infra ad p. 405), et pro داوى lego ex L. دارَى. Necessarium hoc mihi videtur, tum propter secundum hemistichium, tum propter sequens بلطف; cf. ·az-Zamaćšarī (sub درى):

داريتُه خاتلتُه وعليك بالمُداراة وهى المُلاطفة كأنّك تُخاتلُه ۞

—, vs. 5 a f. sq. Corrupti sunt hi duo versùs et nescio quo modo legendi sint. Pro voce quae in P. est باندای L. habere *videtur* (nam vox non distincte scripta est) يا نداك, et بفيك in illo Codice mutatum est, ita ut nunc videatur بعيك vel simile quid.

Pag. 390, vs. 10. Pro البسيط lege المجتث.

—, vs. 11. Lege وردِ ٱلرَّبيع, cum veçla.

—, vs. 2 a f. et ann. *n*. Hanc annotationem delendam et legendum esse cum Codice آسِرُ عانٍ, dixi Vol II. p. 262.

2) In edit. est بأغْباب, sed correxit hoc editor III. 2, p. 449.

Pag. 390, vs. ult. Pro ينبغى sine dubio legendum est يبتغى.

Pag. 391, vs. 3. Pro تُصْف Cl. Fleischer (in 'al-Maqqarī*i* editione II. p. xxx) potius pronuntiandum putat تَصْفُ, quia dicitur صفا الصديق, صفا الحبيبُ.

—, vs. 4. Pro باسمها L. habet لاسمها. Eandem lectionem notavit Dugat (II. p. ٣٨٥) ex uno Codice 'al-Maqqarī*i*, eamque praefero, quandoquidem verbum عشق, ubi *amavit* significat, cum acc., non vero cum ب, construitur.

—, vs. 8 et ann. *i*. Servanda est, ut docet metrum, lectio Codicis حُسْنِ, quam etiam L. habet.

—, vs. 3 a f. Pro وغيث legatur وغبْتِ, quam lectionem habent L. et duo Codices 'al-Maqqarī*i* (v. II. p. ٣٨٥, ann. *i*).

—, vs. 2 a f. Lege مثلك. *

Pag. 392, vs. 1 et ann. *a*. Lectio جَوْهَرُ قَدْ, quam etiam L. habet, non est contra metrum.

—, vs. 4. Legendum est تَرْضَ in iussivo.

—, vs. 12. Adde ان ex L., nempe فما عسى أَنْ اصنعا.

Pag. 393, vs. 3. Pro بَذَلْتَ sine dubio pronuntiandum est بَذَلْتُ in primâ personâ; sed alteri hemistichio istud فذاك, quod ego addidi, non convenit. L. etiam habet يرضيك قال ان; desiderantur igitur, ut metrum docet, duae syllabae, sed sententia bene procedit.

—, vs. 14. Lege مختصر الخصْر, ut recte est in L.

—, vs. 16. Post اخذ هذا L. recte addit المعنى.

—, vs. 3 a f. Istud قداحيا sanum esse non potest. L. habet قداحا, et in hac lectione verae lectionis est vestigium. Legendum nempe est قداحُنا. De phrasi فازت قداحنا vide supra p. 64.

—, vs. 2 a f. Pro Infin. تشابها lege perfectum in duali: تَشَابَهَا.

Pag. 394, vs. 4 et ann. *c*. L. habet يسعى, quae lectio sine dubio explicari et defendi potest.

—, vs. 7 sq. Lege روضة *, فكرى, فكل et سحر, ut dixi Vol. II. p. 64.

—, 4 versûs ultimi. Totum hoc carmen, in quo 'al-Mo'tamid*us* Jūsof*um*, ni fallor, alloquitur, quodque in Codice misere est corruptum, sic emendo:

In versu primo lectio الحياء confirmatur Codice L., sed pro يغنى lego يَقْنَى. Verbum enim قنى est *servare* ubi de pudore sermo est; sic 'al-Maqqarī II. p. ١٣٧: أقْنَ حَيَاءَكَ. Legendum igitur est: أَنْ يَقْنَى الحياء, et sequens verbum est وَيَنْدَمَا. Ultima vox versûs est تَقَدَّمَا. — In versu secundo pro شان et وجهه lege وَأَنْ et وَجْهُهُ in nominativo. 5ª forma verbi ذم significat *se ipse vituperavit*, *erubuit*; cf. 'az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga*: اردتُ ضَرْبَهُ ثمّ تذمّمْتُ من اجل حقّ او حرمة اى ذممتُ نفسى وانتهيتُ. — In versu denique quarto Cod. L. pro دوى habet درى, quod etiam peius est; vera lectio est دُونِى. Pro فتكه lege فَتْكَةً, de quâ voce cf. supra p. 106. Sequens vox in L. recte est بباخجل. Duo ultima vocabula in illo Codice sunt المبادر احجا; sed legendum est المُبارز احجما. Vox مُبارز respondet Hispanorum *campeador*; vocatur sic ille qui unum ex hostibus ad singulare certamen provocat; vide meas *Recherches* II. p. 65 sqq. ed. alt.

Totum igitur carmen sic legendum et vertendum est:

أَبَى الدهرُ أَنْ يَقْنَى الحَيَاءَ وَيَنْدَمَا وأَنْ يَمْحُوَ الذَّنْبَ الَّذِى كان قدَّمَا
وأَنْ يتلقّى وَجْهَ عَتْبِىَ وَجْهُهُ بِعُذْرٍ يُغَشِّى صفحتَيْهِ التَّذَمُّما
ستَعْلم بَعْدِى مَنْ تكون سيوفُه الى كلّ صعب من مراقيك سُلَّمَا
ستَرْجِع إِنْ حاولْتَ دُونِى فَتْكَةً بِأَخْجَلَ مِنْ خَدِّ المُبارِزِ أَحْجَمَا

Noluit Fortuna ut ille (Jūsof) pudorem servaret, noluit ut eum eorum quae fecit poeniteret, noluit ut ille crimen quod commisit deleret,

Noluit ut eius facies meae indignabundae faciei obviam fieret, excusationem qualemcunque afferens, quae utramque eius genam rubore texisset.

Post meum discessum edoceberis (o Jūsof!), cuiusnam gladius tibi fuit scala, cuius ope ad omne arduum adscendere potuisti;

Et si sine me impetum in hostem facere vis, redibis cum genâ magis erubescente quam erubescit gena campeatoris qui conspecto adversario tergum dat.

Pag. 395, vs. 2. Legendum esse فَجَذَّنَ dixi Vol. II. p. 262.

Pag. 396, vs. 10. Pro Codicis صلهت, quod ego male in ضلعت mutavi, lege ex L. صهلت. Ultima vox in L. non est جرد sed جود, quod idem significaret, dummodo con-

staret, vocem جواد, ubi *nobilem equum* designat, pluralem habere جُود; quod in Lexicis certe enotatum non est.

Pag. 397, vs. 7. Lege لله. *

—, vs. 11—13. Ad hunc valde corruptum locum emendandum nihil confert Codex L., quippe qui easdem offert lectiones et ultimum versum omittit. Fortasse sic legendum est : وقوله فى نكبته وهو فى العُقُل وهو احسنُ ما سُمِع فيه

(الطويل) قَضَى وَطَرًا مِنْ اهله كلُّ نازحٍ   وكرَّ يُداوِى عِلّةً فى الجوارحِ
سِوایَ فانّى رَهْنُ [3] أَدْهَمَ مُبْهَمٍ   سبيلُ نجاتى . . . .

Ultimam vocem, بالمباوح in Codice, corrigere non possum; metrum indicare videtur, paenultimam (dummodo lectio sane sit) esse آخِذُ. Verto:

Ex carminibus, quae in suâ calamitate et dum in vinculis erat composuit, est etiam hoc quod pulcherrimum est eorum quae hac de re dicta sunt:

Omnes qui a suâ familiâ remoti erant, passi sunt quae pati debebant, et nunc ad suos redierunt, morbos sanantes, qui ipsorum membris insunt,

Me excepto, nam pignus me habet catena; clausa mihi est via libertatis . . . . . .

Compositi sunt hi versûs, ni fallor, eâdem (vel certe simili) occasione quâ compositum est carmen quod exstat in mei libri Vol. I. p. 68; nempe quum viri quidam, qui cum ʿal-Moʿtamido incarcerati fuerant, libertatem recuperaverant.

Pag. 398, ann. 5. Cf. Vol. II. p. 262.

Pag. 399, vs. 15. Haec correxi l. l., ubi dixi ann. 10 et 11 delendas esse.

—, ann. 13. Lege *Narcissos.* *

—, vs. 2 a f. sq. et ann. 14 et 15. Lege: Monstrant tibi flexibiles hastae puellarum staturam. — Ann. 14 et 15 deleantur, et cf. quae dixi supra p. 161.

Pag. 400, vs. 6. Deletis punctis lege: Te laetabuntur, quandoquidem non times neque labefactaris.

Pag. 401, ann. 21 deleatur.

—, vs. 7 et ann. 22. Haec versio admitti non potest, nam يجعلوا cum duali لعينيك coniungi nequit. Versum sic vertendum esse puto :

---

3) Cf. in alio carmine ʿal-Moʿtamidi (Vol. II. p. 74): واذا اليومَ رَهْنُ اسْرٍ وفقرٍ.

Parum videretur oculis tuis, si tibi nigredinem oculorum ipsorum pro veste interiori dedissent.

Dicit nempe poëta se ipsum alloquens: tentorium tibi dare noluerunt, dum tamen mereris ut tibi dedissent id quod ipsis quam maxime carum est. Etenim سواد العين *oculi nigredo* (pro *oculo*) saepius proponitur tamquam pretiosissimum quod quis possideat, ut infra Vol. II. p. 84, vs. ult.; in versu apud 'Ibn-Ćallicān*em* Fasc. XI. p. ١١ ed. Wüstenfeld: انت السواد لناظرى; in versu apud Grangeret de Lagrange *Anthologie arabe* p. 196 (vs. ult. carminis); in loco 'al-Fatḥi (*al-Qalāyid* MS. A. I. p. 96): وَدَّعَ من ما تَخْلَعُ بِسُوَيْدائه ومن الناظر بسواده القلب, et alibi (II. p. 146): descripsi ex eius poësi ما تَخْلَعُ عليه سوادَها الاحداق, i. e. oculi, illa carmina legentes, iis tamquam *ḱil'a*m dabunt ipsorum nigredinem; qui locus cum versu nostri carminis magnam habet affinitatem. — Ann. 22 itaque deleatur.

Pag. 401, vs. 8—10. Lege:

Mox videbis illos ipsos, quando, desiderio ad illos veniendi commotus, deserta pervaseris mariaque traieceris,

Tum quia constanter promissis tuis stas, licet nonnulli ab hac agendi ratione deflectant et recedant,

Tum quia cor tuum gestit ad Jūsof*um* se conferre, et nisi costae illud retinerent, (prae ingenti desiderio) volaret.

Pag. 402, vs. 8 et ann. 29. Verba وقوله مسبّحا من القوافى الّتى يتحدّى بها potius significare videntur: *Dicens in his* مسبّحا, *homoeoteleuto usus est quo* (reliquos poëtas) *superare studuit*, collato 'az-Zamaćšarīo in *Asāso 'l-balāga*: تحدّى أقرانَه اذا باراهم ونازعهم الغلبة ۞

—, vs. 11. Lege: Est magnum donum pro quo tibi satis gratias agere teque laudare non possum (يُبْهِر). — Proprie est donum quod vincit gratias et laudem.

—, vs. 4 a f. et ann. 34. Hac annotatione deletâ, lege: illi tamquam calceum induens genam caet.

Pag. 403, vs. 6—8. Haec correxi Vol. II. p. 262.

Pag. 404, vs. 1. Lege: Eius oculi meum cor vulnerarunt, et fleverunt caet. — Ann. 43 et 44 ita mutentur, ut huic versioni respondeant.

Pag. 404, vs. 10—13 et ann. 45. Lege: Nisi decori sensus a me rationem posceret, te in eius (nempe epistolae) plicaturâ visitarem. — Vult nimirum: chartam plicans, me in illâ absconderem. — In versione versûs sequentis imperfecto substituatur plusquamperfectum. — Substantivum collectivum لَمًى saepe occurrit; sic v. c. poëtae haud raro dicunt de puellâ حُلْوُ اللَّمَى, i. e. *cuius fusca labia dulcia sunt*, ut in versu ʿIzzo-ʾ*d*-dînî ʾal-Moqaddasî *Les oiseaux et les fleurs* p. ٨١ ed. Garcin de Tassy:

(الكامل) افردتُ عن خلّ شهىٍّ طعمُه حُلْوِ اللَّمَى عذب المذاق صريح

(quem versum male explicuit editor (p. 185), de infinitivo verbi لمّا (*totam comedit* rem) cogitans, qui est لَمُّو), vel معسولة اللمى, ut apud Grangeret de Lagrange *Anthologie arabe* p. ۱۳۳, vs. 4 a f., vel عتيقىّ اللمى, ut in carmine in *Noctibus Arab.* X. p. ٢٧٩, vs. 2 ed. Fleischer (de عتيقى cf. Fleischeri annot. XII. p. 15). In Grangereti libro (p. ۹۹) legitur رشفتُ لماه *eius fusca labia suxi* i. e. osculatus sum.

—, vs. 3 a f. Pro: etiamsi graviorem, accuratius: utque sit gravior.

—, vs. 2 a f. et ann. 51. Deletâ hac annot., legatur: Antea Siḥr raro me visitabat, sed quum morbo premebar, adduxit eam caet.

Pag. 405, vs. 20—24 et ann. 55. Haec versio et explicatio ideo imprimis admitti non possunt, quia رقيب nunquam de amatore dicitur, sed semper de puellae custode. Legens igitur دارى ex L., versûs sic interpretor:

Blande et astute celavit (puella) tres res quas patiebatur tribus aliis, et sic effecit ut eius custos nihil videret;

(Celavit nempe) suas arcanas cogitationes pudicitiae specie, amoris flammam patientiae simulacro, dementiam (ex amore ortam) simulatâ gravitate.

Pag. 406, vs. 18. Pro: nullum itaque verbum protuli, lege: quod impedire non potui.

Pag. 407, vs. 2. Pro: *vidi* lege *videbo*.

—, ann. 61 deleatur.

—, ann. 63. Posterior sententia deleatur.

—, vs. ult. Legendum esse: nostrum est capiens et captus, dixi Vol. II. p. 262.

Pag. 408, vs. 1 sq. Lege: O Saif! Beneficio prehensum tene fiduciâ dignum virum, qui minime cupit ut ipsum libertate dones pro beneficiis in te collatis.

Pag. 408, vs. 6. Lege: Nondum plane in gratiam mecum rediit; quod si secus esset, cur ego in eius caet.

—, ann. 70 et p. 409, vs. 5 sq. et ann. 71. Carmen 'aç-Çanaubarīi hoc cum praecedente 'al-Mo'tamidi carmine commune habet, quod utrumque compositum est, ut nos dicimus, *sur une coquette.* Caeterum شاطرة non est nomen proprium. In versu quinto perfecto *fidit* substituendus est infinitivus *findere*; pronuntiandum enim est شَقّ المرارةْ. Vox مرائر est reverâ, ut dixi, plur. a مَرارة, et *findere folliculum fellis* significat *interficere*, in passivo *interfici, mori.* Vide quae dixi in *Zeitschr. der Deuts. morgenl. Gesells.* 1862, p. 586; exemplis quae dedi adde: in mowaššaha 'al-Mauçilīi, quam 'al-Maqqarī descripsit in libro quinto partis secundae:

لمّا بدا بالوجه دائر   وحير العقل حين لاح

شقّ على خدّه المرائر   وقطع الانفس الصحاح

et in imitatione huius carminis:

شُقّتْ على نبته المرائر   من داخل الانفس الصحاح

تكلّ فى وصفه الخواطر   وتخرس الالسن الفصاح

Caeterum iidem 'aç-Çanaubarīi versûs partim etiam exstant in *Noct. Arab.* II. p. ٥٣ sq. et XII. p. ٢٣٢ ed. Habicht et Fleischer.

Pag. 409, vs. 10 et ann. 73. Deletâ hac annotatione, in textu legatur: Si nobis felicitatis stella oritur et tu abes, occidit illa et abit.

Pag. 410, vs. 3. Lege: gratum itaque tibi non sit, hoc aegrotare.

Pag. 411, vs. 7 et ann. 80. Pro: de Paradiso, potius: de vitâ. Deleatur itaque ann. 80.

—, vs. 12 et ann. 83. In hac ann. lege: «et cum ان in 'Imādo-'d-dīni poëmatio «يَذْلَنْ;» et deletâ ultimâ huius annot. sententiâ, in textu legatur: Dixi: si tibi do id quod tibi placeat? Respondit: si! — Est hoc quod Arabes vocant الاكتفا; vid. Mehren *Die Rhetorik der Araber*, p. 132 sqq. Aliud exemplum exstat in Grangeret de Lagrange, *Anthologie arabe*, p. ١٢٨, n° 56.

Pag. 412, vs. 7. Pro: in cursu se extollens, lege: medium corporis tenue habens.

—, vs. 13. Participium شائل (de دَنَّ vel de زقّ) non intellexi, sed explicat illud

'az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub شول): شالت القِرْبَةُ والزِّقُّ ارتفعت قوائمُها عند المَلْءِ والنفخ. Ultima verba huius versûs igitur sunt: quae plena est.

Pag. 412, ann. 90. Locus 'al-Maqqarīi, quem hîc citavi, sed quem edere neglexi, reperitur in huius auctoris editione II. p. ۴۱۹.

—, vs. 17 et ann. 91. Deletâ hac annot. (legendum enim est, ut supra dixi, قداحُنا), versus sic vertendus est: Servet nobis Deus tempus in quo nostrae sortes (e sacculo) prodierunt (i. e. in quo votorum compotes facti sumus), et in quo caet. — De phrasi فازت قداحُنا vide supra p. 64.

Pag. 413, vs. 1 sq. Lege: dum poculo me rigabat ille, cuius basia magis desideranda sunt quam poculum. — Sermo est, non de puellâ, sed de pincernâ, et pronuntiandum est: مَنْ رِيقُهُ أَشْهَى مِنَ الكاسِ.

—, vs. 6—9 et ann. 98. Haec correxi Vol. II. p. 262.

Pag. 414, vs. 7—13. Hanc versionem nunc correxi supra p. 179, ubi quoque versum qui hîc desideratur supplevi.

—, vs. 15—18 et ann. 103. Haec correxi Vol. II. p. 262 sq.

—, vs. 2 a f. Lege: Talem qui, quum turpia verba pronuntiabantur, surdus erat caet.

Pag. 415, 4 versûs ultimi sic legendi sunt:

Ne acuti gladii amplius secent, hastae ne amplius perfodiant, leones ne amplius rugiant, equi nobiles ne amplius hinniant,

Sed semper virorum principum viscera urantur, et semper regum genae colaphos patiantur!

—, ann. 117 deleatur.

§ 2.

Pag. 417, vs. 8 et ann. *b* et *c*. In L. adsunt certe literarum ductûs, licet puncta male posita sint, nam offert قبيل. In sqq. habet (sic) الدعه دعى اواخته, ex quibus etiam nunc nihil efficere possum.

—, vs. 10. Ex *Acbāro 'l-molūc* legatur: اتانِىَ ما تَأْبَى لمجدك غَيْرَهْ.

—, vs. 11. Pro القمر ex L. et *Acbāro 'l-molūc* legatur البَدْرُ, nam القَمَرُ est contra metrum.

Pag. 419, vs. 12. Pronuntia أَصْبَحَ et مَالَكَا.

—, vs. 13 et ann. *f.* L. habet تتحدى ; sed suspicor legendum esse تَخْزَى عَلَى مَا لَكَا, a خَزِيَ *erubuit* (استحيا), quandoquidem in versu sq. de *turpibus factis* sermo est.

—, vs. 17. Pro اذا به L. habet اذاقه , nullo sensu ; sed credo legendum esse أَذَابَهُ.

Pag. 420, vs. 2. Lege: Nuntiatum mihi est id quod fecisti, quodque, quâ nobili es indole, aliter facere nolebas.

Pag. 421, vs. 2 a f. sq. Lege: O tu, lunae similis, quae mea domina es, ne caet.

Pag. 422, vs. 1 sq. Lege: qui optat ut erubescas propter id quod facis.

—, vs. 9. Lege: quem insomnia liquefecit (i. e. emaciavit).

§ 3.

Pag. 422, vs. 5 a f. Lege خصر. *

—, vs. 3 a f. Lege وِجُبًّا. *

CAPUT QUINTUM.

Pag. 4, vs. 3 a f. Istud يستكسس vix, ac ne vix quidem, defendi potest; requiritur يستكف, et sic lego.

—, vs. ult. Post بالرجلين excidit signum ‘. *

Pag. 5, vs. 2 et ann. *c* et *d*. Nimis audaces sunt hae coniecturae. Si Codex reverâ habet وعاجز مسار, scripsit fortasse auctor وعُجُزٌ مَسَانّ. Est quidem tautologia, sed haec offendere non debet, nam similiter dicitur عاجوز كبيرة (Kosegarten *Chrest.* p. 85).

—, vs. 3 et ann. *e*. Servetur lectio Codicis, nempe شُبِّهَ لهم; cf. *'al-Qor'ān* 4, vs. 156.

—, vs. 4 et ann. 18. Suspicor pronnntiandum esse: أَنْ تَعُودَ خدعة *cupiens ut imperium, illi simile quod 'al-Mançor exercuerat, suo dolo rediret, restitueretur.*

—, ann. 19 in f. Cf. p. 263.

—, vs. ult. Lege انتفاخا. *

Pag. 6, ann. 22. Pro وقال legendum esse ونال, dixi p. 263. Caeterum vocem جفن reverâ significare *inferiorem urbis partem, excluso castello*, patet etiam ex loco 'Ibno-'l-Ċatîbi in *Mi'jāro 'l-'ictibār* (p. ١٥ ed. Simonet), qui Purchenam primum vocat حصن مانع, et deinde ait: « الّا انّ جفنها ليس بذى سور يَقيه، ممّا يتّقيه ».

Pag. 7, ann. 23. الأَخْوَان (quod ex Arabum Hispanorum more pronuntiandum est *'al-'acawēn*) est *Alafoens*, in septentrione oppidi Viseu (solent enim Hispani et Lusitani literae خ substituere *f*), ut dixi in meâ *Histoire des musulmans d'Espagne* IV. p. 12, ubi praeterea monui, auctorem haec male narrare de 'al-Mo'taçido, quandoquidem facta sunt ab eius patre.

Pag. 7, vs. 2. Pro فيها melius فيهما.

—, vs. 3 et ann. 25. Cf. Edrîsî II. p. 236: «On dit que les Francs sunt issus de «la race de Djafnah.»

—, vs. 7 et ann. 27. Hunc locum non recte explicui. Sensus est: *fere nunquam ad se rediit ex ebrietate; attamen non immodice vinum bibebat, et in compotationibus, quas cantus exhilarabat, non erat protervus.* Nimirum vox راحة hic significationem habet, quae in Lexico non est enotata. Est *protervitas, procacitas, impudentia;* vide Alcala in *desenhado*, et versum quem habet ʼal-Maqqarî (II. p. ٣٠٥):

(المجنّث) ما فيك موضع راحَةْ   الّا وفيه راحَةْ

Nullus in te, Hispalis, est oblectationis locus (hortus v. c. vel popina), *in quo non sit impudentia.*

Pag. 8, vs. 1. Copula ante رجع delenda videtur.

—, vs. 7 et ann. *a*. Certa est mea emendatio, nam phrasis توعّد وتهدّد etiam alibi occurrit, v. c. infra p. 36, vs. 15, apud ʼan-Nowairî *Hist. Hisp.* MS. 2 *h* p. 485 caet.

—, vs. 12. Pro بقى sine dubio legendum est لَقِىَ (Jûsof*us* occurrit Alphonso).

—, vs. 3 a f. et ann. *h*. Codicis وتحدّث non in وتحوّرت mutandum est, sed in وتُضَدَّتْ.

Pag. 9, vs. 4. Quod hic auctor dicit, gravis est error.

—, vs. 7 et ann. 34. Sensus alius est, nempe hic: quum sedebat (scil. ʼAbdolláh), nihil ei exprobrans, iussit Jûsof*us* caet.

—, ann. 35. استوثق est verbum denominativum a وثاق *vinculum.* استوثق بفلان igitur est: *aliquem in vincula coniicere.*

—, vs. ult. et ann. 38. Saepissime quidem legitur in Codicibus مجدّا معدّا, sed ubique legendum est مجدّا مُغِذّا.

Pag. 10, vs. 3 sq. et ann. *c*. Sine dubio legendum est: قد أَسْدَى فى هذه المراسلة والتحكّم ✿

—, vs. 5 et ann. *e*. Potius يَشَاء vel شاء; cf. Vol. II. p. 192, vs. 3 et 11.

—, vs. 7 et ann. 39. Locum sic corrigo: واعانهم الرعايا للمَلِك (vel للمَلَاك) الّذى كان

منهم للثّوار *subditi Almoravidis opem praestiterunt*, *quia fastidiebant regulos*. Ante المسلمين addo امير, et pro النّزاع pronuntiandum est النُّزّاع, plur. a نازع; verba فكثر عند امير المسلمين النُّزّاع significant: *multi transfugae fuerunt apud Jūsofum*. Verbum enim نزع interdum significat *conferre se ad hostes*, *ad adversarios transire*, ut in locis 'Arībī II. p. ١٨١, vs. 3 a f., p. ٢١٩, vs. 2 ed. meae.

Pag. 10, vs. 8. Istud امر الاندلس hîc ferri non potest; si legimus المرابطون, omnia bene procedunt.

—, vs. ult. et ann. 40 et *k*. Hic locus sic legendus est: وكان يَبَرُّه ويَصِلُه ويقضى حوائجه ويستوصى به. Auctor, 'al-Mo'tamid*um* Agmātī humane et urbane a Jūsofo tractatum fuisse affirmans, loquitur ex opinione, veritati caeteroquin contrariâ, quam auctores, qui regnantibus Africanis in Hispaniâ scribebant, aut fovebant, aut certe propagare studebant.

CAPUT SEXTUM.

Pag. 11 sq. Nomen auctoris libri *Kitābo 'l-'iktifā* non amplius incertum est. Est hic faqīh*us* Africanus, qui vocabatur Abū-Merwān Abdo-'l-melic 'ibno-'l-Cardabūs 'at-Tauzarī, ut iam dixi in meis *Recherches* II. p. 45 ed. alt. Didici hoc ex 'Ibn-Šebāt, qui librum saepe citat. Ait v. c. (Cod. Nobil. Rousseau p. 85): قال الفقيه ابو مروان عبد الملك بن الكردبوس التوزرى رحمه فى كتاب الاكتفاء وكانت دار مملكته طليطلة الخ. Locus qui hîc citatur, invenitur in Cod. Cl[i]. de Gayangos fol. 125 r., ubi sermo est de Hispaniâ a Moslim*is* expugnatâ. Fautor est Afrorum, quia ipse Afer erat, et maximum est in eo (ut dixi p. 12 in f.) partium studium. In multos praeterea incidit errores, praesertim ubi loquitur de historiâ Christianorum, quos omnes corrigere longum foret.

Pag. 13, vs. 2. Fallitur auctor, nam شنجول non significat أَحْمَق *stultus*, sed est *Sanchol*, diminutivum a *Sancho*. De huius nominis origine exposui in meis *Recherches* I. p. 205 sqq. ed. alt.

—, vs. 5, 6 et 11. Iterum fallitur auctor, nam ille qui rebellionem movit contra Hišām*um* et Sanciolum cruci suffixit, est idem ille 'al-Mahdī de quo vs. 11 tamquam de diversâ personâ loquitur. — In vs. 6 post وسَبِيَّة ponatur signum ' et post وصلبه signum ".

Pag. 14, vs. 8. البيطين est error pro البيطس *Alvitus*, et hic non erat rex Castellae, sed episcopus Legionensis; vide quae hac de re monui in meis *Recherches* I. p. 112, ann. 2 ed. alt. et cf. meam *Histoire des musulmans d'Espagne* IV. p. 120 sqq. — الارض الكبيرة est Francia, et medio aevo ipsi Franco-Galli sic suam terram appellabant. Sic in *La Chanson de Roland* (Chant II. vs. 158 ed. Génin) dicitur de Franco-Gallis ex Hispaniâ in suam patriam redeuntibus:

Puis que il approchent a la Tere Majur,
Virent Guascuigne, la tere lur seignur.

Et alibi (Ch. III. vs. 229):

Tere Major, Mahumet te maldie!
Sur tute gent est la tue hardie!

Pag. 14, vs. 12 et ann. *d.* Legendum est ٣٥٥; vide meas *Recherches* I. p. 112, ann. 2 ed. alt.

—, ann. 7. Aliud exemplum vide supra, huius Voluminis p. 166, vs. 1.

Pag. 16, vs. 17 et ann. 16. استهدف hîc est *factus est scopus;* cf. infra p. 163, vs. 10, et quae in hoc Volumine ad illum locum dicturus sum; sed pro بمطالبته legendum est لمطالبته.

Pag. 17, vs. 10. Lege خلعت. *

Pag. 18, vs. 2 et ann. *b* et 23. Legendum est واستأصل et p. 19, vs. 9 est idem verbum.

—, vs. 4 a f. et ann. *d.* Legendum est يَمين a verbo مان يمين *mentitus fuit.* Post اليمين ponatur signum ‘ et post يمين signum ‹‹.

—, vs. 3 a f. Pro فى جميع lego من جميع. Contextus docet, لها ad Moslimos spectare; sed tunc legendum est لهم, ut in sqq. سوى انباء طرأت عليهم.

Pag. 19, vs. 9. Non pronuntiandum est البنْيات, sed البُنَيّات. Urbes nimirum magnae vocantur *matres* امّهات, oppida minora *filiolae* بُنَيّات.

Pag. 22, vs. 3 et ann. 34. Legendum est القائد البرهانس, nam ex aliorum auctorum testimoniis certum est, ipsum Alvarum Fanici tunc temporis Valentiam reliquisse.

—, vs. 4. Istud الرمية hîc sensu caret. Legendum est الرومية *terra Romanorum*, *Christianorum.* Ex sq. phrasi Lexico addatur plur. أَقْصِيَة a singul. قَصَاء (ut أَقْبِيَة a قَبَاء).

Pag. 23, vs. 7 et ann. *c.* Servanda est lectio Codicis فكلّ (*nam omnes sunt hostes*), ut iam dixi in meâ *Histoire* IV. p. 206 in annot.

—, vs. 15. Est versus ex carmine quod Abū-Tammām composuit in laudem al-Mo'taçimi, postquam Amorium Byzantinis ereptum et combustum erat. Initium carminis dedi supra p. 155, et versus qui hîc laudatur, in nostro Abū-Tammāmi Codice 899 sic legitur:

موكّلا ببقاع الارض يُشْرِفه مِنْ خِفَّة الخوف لا مِنْ خِفّة الطرب

Codex 403 pro يشرفه habet يفرعه, quae lectio sic in Commentario explicatur: يفرعه يعلوه لينظر مَنْ يطلبه فرعًا; sed altera lectio etiam commemoratur (ويُروى يشرفه). أَشْرَفَ et فرع idem significant. Sensus versûs, in quo de fugiente sermo est, est hic:

Eius pensum videtur ut in altam et late patentem terram adscendat, quod facit cum agilitate quae ex metu oritur, non cum illâ quae oritur ex laetitiâ.

In altiora nempe loca adscendit, ut videat utrum hostes eum persequantur.

Pag. 23, vs. 16. Istud فى حصون الجوامع defendi nequit. Transpositis literis, pro حصون lego صحون, nam صُحُونُ الجامع frequens est.

—, vs. 3 a f. Pro بسيبها, quod hìc sensu caret, levissimâ mutatione legendum est بِسَبَبِها.

—, vs. 6. Vera lectio mihi videtur مره وايط *Miravetum*, *Miravet* (in septentrione Tortosae). Vide meas *Recherches* II. Append. p. XXVI, ann. 2 ed. alt.

—, vs. 10 et ann. *d*. Pro Codicis حصرا denuo transpositis literis legendum est حِرْصًا, ut dedi in meis *Recherches* II. Append. p. XXII ed. alt.

—, ann. 44. صدمة eodem sensu occurrit apud 'Ibn-Adārī I. p. ٣٢٢ ed. meae.

Pag. 25, vs. 1. Pro والاستطاعه legendum est ولا استطاعه, nam vox استطاعة est synonyma vocis قدرة quae praecedit.

—, vs. 6 et ann. *a*. Deleatur copula ante على.

—, vs. 12. De his vide meas *Recherches* II. Append. p. XXIX, ann. 4.

—, vs. 6 a f. Fallitur auctor; vide l. l. p. XXX, ann. 1.

—, vs. ult. et ann. 46. Pronuntia وتُسَمَّى, ut dedi in meis *Recherches* II. Append. p. XXV ed. alt. Est igitur: *vocantur 'ad-dawāyir*.

Pag. 26, vs. 4. منه. «L'auteur aurait mieux fait d'écrire منهم; mais le style de cette «chronique est à la fois prétentieux et incorrect. On voit qu'elle a été écrite en Afri- «que: en Espagne on écrivait mieux.» *Recherches* l. l.

—, vs. 8 et ann. 47. Nullus dubito quin pro اقراع legendum sit قِراع, infin. 3ae formae; cf. supra p. 155.

—, vs. 10. Forma طمعة non exstat, et si exstaret, hìc sensum non praeberet. Le-

gendum est طَعْمَة. Vides in hoc Codice saepius literas transpositas esse.

Pag. 26, vs. 12 et ann. *a*. Servanda est lectio Codicis الغزوة, nam sermo est de expeditione contra castellum Aledo, ut dixi in meâ *Histoire* IV. p. 295, ann. 4.

—, vs. 5 a f. et ann. 48. استطلع nullo modo ferri potest. Credo auctorem voluisse اضطلع; cf. v. c. in meis *Notices* p. 170, vs. 7, et teneatur hoc Chronicon male esse scriptum.

Pag. 27, ann. 49. Pro: *Nullam enim* caet. lege: *Nondum enim fidem iis* (i. e. Moslimis Hispaniae, populo Hispaniae) *habebat, neque quod ad se, neque quod ad suos milites attinet, nullâque in re ulli ex iis niti audebat.*

—, vs. 2 et ann. 51. Quandoquidem 4ª forma verbi نفذ non cum ب construitur, credo legendum esse وأنْفَذَ الأميرَ سيرَ, ita ut *subintellectum* subiectum sit Jūsof; cf. vs. 10.

—, vs. 4. Lege فقهاء. *

—, ann. 52. 8ª forma verbi ربط hîc propriam suam habet vim (quae tamen in Lexico desideratur), nempe significationem mediam ab activo ربط *ligavit*, i. e. *se adstrinxit, fidem suam adstrinxit.*

—, vs. 12. Pronuntia تملّك.

CAPUT SEPTIMUM.

Pag. 28, vs. 4 a f. Codex reverâ habet محطّ الرجال, ut Wüstenfeld in Ibn-Callicānis editione ملقى الرجال; sed in utroque loco legendum est الرحال, plur. a رَحْل *sella camelina*. Az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub حطّ): حَطَّ رَحْلَهُ اقام. Phrasis frequens est.

Pag. 29, ann. 3. صَبٌّ est adiectivum.

Pag. 30, vs. 5 et ann. 5. Dele hanc annotationem et lege بِتَجْبِيز.

CAPUT OCTAVUM.

Pag. 34, vs. 9. Pro *anno* 429, auctor dicere debuisset *anno* 427; vide meam *Histoire* IV. p. 290.

—, vs. 17 sq. De historico 'Ibn-'abī-'l-Faijāḍ eiusque operibus vide meam Introductionem ad 'Ibn-'Adārī*um* p. 75 sq.

Pag. 41, vs. 1 et ann. 13. Istud احلى dedit etiam Dugat in editione 'al-Maqqarī*i* (II. p. ۴۸۹), non improbante Fleischer*o*, qui certe nihil ad hunc locum annotavit; sed sensu prorsus caret. Unum certum est, nempe requiri superlativum qui *gravissimam*, *tristissimam* (de calamitate), vel simile quid denotet. Lego igitur أَخْزَى, quod aeque bene *quam maxime ignominiosam* atque *ignominiâ valde affectum* (quem sensum solum Freytag*ius* habet) significare potest, et verto: *Hoc, quod me excusare debeo erga illos qui a me petunt id quod non possideo, hoc calamitas est quae maximâ ignominiâ me afficit*, vel Gallice: *Etre obligé de m'excuser envers ceux qui me demandent ce que je ne possède pas, c'est là parmi mes malheurs celui qui me cause le plus de honte.*

—, vs. 6 sq. et ann. 14. Non tantum Dugat (vide editionem 'al-Maqqarī*i* II. p. ۴۸۷), sed etiam Fleischer, ut ex eius silentio efficio, vocales quas his versibus apposui probarunt; attamen si ità pronuntiantur, bonum sensum nequaquam praebent. Paucis dicam quo modo corrigendi sunt. Non pronuntiandum est المَلْك, sed المُلْك (cf. p. 40, vs. 6: تدعونا لمُلْكه بتراخى الايّام), neque وَصَلَتْ, sed وُصِلَتْ. Sensus est: *Necesse est ut imperium sit firmum, quandoquidem eius dextra manus coniuncta est cum Oriente, sinistra cum Occidente.* Scilicet poëta 'ar-Rašīd*um* vocat dextram imperii manum, 'al-Mo'tadd*um* sinistram, et quandoquidem hic Occidentali regni parti, ille Orientali praefectus erat, regnum extra periculum esse auguratur. In versu sq. primum hemistichium spectat ad 'al-Mo'tadd*um*, quippe qui in suâ praefecturâ semper bello contra Christianos gerendo occupatus erat; alterum spectat ad 'ar-Rašīd*um*, sed verba فاخضرّت عذاره non

recte verti. Etenim خضر vulgo de obscure viridi et fere nigro colore dicitur, v. c. de obscurâ nocte. Az-Zamacšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub خضر): جنّ علينا اخضرُ الجناحَيْن وطار عنّا اخضرُ الجناحَيْن وهو الليل واخضرّت الظلمة اشتدّ سوادُها. Saepe dicitur de nigro colore barbae in genis, ut *Noct. Arab.* IV. p. ٢٥٢, vs. 4 a f., Grangeret de Lagrange *Anthologie arabe*, p. 157, vs. 4, ad quem locum cf. commentarium in p. 158, ann. 1. In nostro versu اخضرّت عذاره est igitur *nigrescunt ei genae* i. e. austerus, severus fit ei vultus, quo sensu simplex اخضرّ occurrit in carmine 'Ibn-Ammāri, in mei libri Vol. II. p. 120, vs. 2, quem versum emendaturus sum ubi ad illum locum pervenero. Cf. verbum اربدّ. Quod attinet ad verba ونائل شبّ, haec monenda sunt. Simplex نائل hic significat *calumniator;* cf. in Lexico نال من عِرْضه *honorem eius calumniâ imminuit;* 'Abdo-'l-wāhid p. ٩٥: وكان المعتصمُ يعيبه فى مجالسه وينال منه (*cum vituperare et calumniari solebat*); p. ١٧٧: نالوا منه عند ابى يعقوب (*eum calumniati sunt*). Verbum شبّ proprie est *accendit* (ignem), sed metaphorice est *calumniâ ignem accendit*, i. e. *calumniam attulit, calumniatus est.* Cf. 'az-Zamacšarī sub شبّ et sub حظر, et versum in *Kitābo-'l-agānī* I. p. ٩٤ ed. Kosegarten:

(الخفيف) ليس كالعهد اذْ عهدْتِ ولكن أُوْقِدَ الناسُ بالنميمة نارا

Quae explicatio si non placet, simplicissimum est ut legamus: وقائلٌ شبّ, quod eundem sensum praebet.

Dicit igitur poëta:

Accensa quum ardet bellica virtus, huic ('al-Mo'taddo) *scintillant oculi, et quum calumniator calumniam affert, illi* ('ar-Rašīdo) *austerus fit vultus.*

Quibus verbis poëta fortasse tantum in universum 'ar-Rašīdi aequitatem et nobilitatem celebrare voluit; sed probabilius mihi videtur, eum 'ar-Rašīdum tamquam *iudicem* laudare voluisse; erat enim hic princeps summus iudex; vide 'Ibno-'l-Abbār in mei libri Vol. II. p. 72, qui hac de re longus est.

Pag. 43, ann. 16. Vides me de versione secundi hemistichii versûs primi dubitasse. Recte me monuit Cl. Fleischer vertendum esse: *tu in eo es cor et ille* (carcer) *est pericardium.* Eundem enim sensum praebent quatuor versûs sqq.

Pag. 44, vs. 12. Potius لهم ما.

CAPUT NONUM.

Pag. 47, vs. 2 a f. et ann. 2. Hic versus id quod in versione dedi significare non potest. Servatâ Codicis pronuntiatione رُدّ, nunc sic lego:

ولا بُدّ يومًا ان أَسُودَ على الوَرَى ولو رُدّ عَمْرٌو لِلزّمانِ وعامِرُ

Fieri non potest quin aliquando mortalibus imperitem, etiamsi Âmr et Âmir resuscitarentur.

Âmr et Âmir sunt nomina antiquorum heroum. Quemnam Âmr*um* poëta potissime spectaverit, difficile est dictu, nam habemus hîc, ut Galli dicunt, «l'embarras du choix;» sed Âmir verosimiliter est celebratissimus ille مُلاعِبُ الأَسِنَّة. Sensus igitur versûs est: Imperium obtinebo, etiamsi antiqui heroës resuscitarentur mihique obstarent.

Pag. 48, ann. 3. Hi versûs, in quibus senex de elapsâ iuventute quaeritur, sic vertendi sunt:

Amator, qui amasiam non habet, videt quo modo resipiscens ad Deum redire posset, dummodo vellet.

Deflet iuvenilem amorem qui eum reliquit, dum intempestivi rident in vertice cani.

Quoties in vitam revocavit illum moribundum blanda spes, quam tamen inanem reddit instans vitae terminus!

Pag. 49, ann. 6, vs. 2 sq. Lege: Ampliavi munificentiae vias, cum iubente naturâ, tum nobilia quaedam faciens quibus ex naturâ meâ impar eram. — سُبْل est pro سُبُل ex licentiâ poëticâ.

—, vs. 9. Lege جديدةً.

Pag. 50, vs. 3 et ann. 9. Pronuntia والالاه, et in versione lege: *per Deum!* Pro *clementiam* et *clemens* lege *patientiam* et *patiens*. In vs. 3° pro *at* lege *et*.

—, ann. 10, vs. 4. Pro *calamitas* lege *imbecillitas*.

Pag. 51, vs. 6 et ann. 12, vs. 5. Verbum يعزّ requirit subiectum. Pro براح lego igitur تَرَاخِ infin. 6ae formae verbi رخى, ita ut versus hunc sensum habeat:

Si quietem peto, gravis animo meo est segnities; ab hac igitur me avertit nobilis mea indoles.

—, ann. 12, vs. 8. Lege: Ȧbbād! ubi est firma caet.

—, vs. ult. et p. 52, ann. 13. Non amplius credo, in hoc carmine de *horto* illo sermonem esse; itaque quae de زهر الاسنّة monui deleantur (زَهْرٌ est plur. a زَهْرَةٌ, quam formam, idem atque زَهْرَةٌ denotantem, Lexica nostra habent), et versus primus sic vertatur:

Splendentes in proelio hastae mei sunt flores; earum arbores sevi copiosos fructùs ferentes.

Sed secundus versus mihi corruptus videtur, et ex tali versu nova significatio 5ae formae verbi جلّ Lexico non addenda est.

Pag. 52, vs. 6 et ann. 14, vs. 5 sq. ذو طلب nôn significat id quod hîc in versione dedi; significat *eum qui beneficium petit*, *pauperem*. Pro عرم, quod sine dubio bonum non est, levissimâ mutatione lego عَدَم (ما est expletivum), et verto:

Semper ab iis propello illos qui beneficium petunt [nam his ipse do id quod petunt], *semper ab iis averto cuiuscumque generis paupertatem.*

—, ann. 15. Ubique imperfecto substituatur praesens.

Pag. 53, vs. 8. Pronuntiandum est أَقْضَى.

—, vs. 9. Vis quam verbum كبا hîc habet, est *concidit pronus*. Az-Zamacśarī in *Ásāso'l-balāga* (sub كبو), postquam annotavit phrases: لكلّ جواد كبوة et كبا لِوَجْهِه, hanc habet proverbialem locutionem: الحدّ يَنْبُو والجدّ يَكْبُو.

—, vs. 13. Lege أُغِذُّ; cf. supra p. 187.

Pag. 54, ann. 17. Vs. 19. Lege: est tantum aerumna et poena. — Quae de اقضى notavi deleantur, nam legendum est أَقْضَى. Quae sequuntur sic lege: In vs. 4° particula من est للبَدَل, *pro*, *à la place de*; vide de Sacy *Gramm. ar.* I. p. 492, ann. 1. Deleantur quae ad vs. 7 notavi.

Pag. 58, vs. 8—10, et versio horum versuum in ann. 21. Pro اورثا legatur (quia mox de الشرار من الزند sermo est) أُورِيَا (a ورى). Codicis فوادى ومثنى est فُرادَى ومَثْنَى; cf. v. c. 'al-Qor'ān 34, vs. 45, ubi 'al-Baiḍāwī verba مَثْنَى وفُرادَى significare ait متفرّقين اثنين اثنين وواحدًا واحدًا, et Ahlwardt *Chalef elahmar's Qasside*, p. 93. Ultimus versus sic ex Codice levissime emendato legatur:

فيا ساعةً ما كان أَقْصَرَ وَقْتَها لَدَىَّ تقضّتْ غَيْرَ مَذْمُومَةِ العَهْدِ

Versio itaque horum versuum sic corrigatur:

«Et tuum corpus in meum inclina!» Tunc se inclinavit, semel iterumque faciens quae illam facturam esse optabam;

Me scilicet amplectens et-osculans; amplexûs et oscula, nunc singulatim, nunc geminatim, effecerunt ut utriusque nostri cupido ignem emitteret, veluti exsilit favilla ex igniario.

Heu nimis brevem mihi horam! Fugit illa, nequaquam tamquam longa vituperata!

Pag. 59, vs. 6. Lege اصبحتْ. *

—, ann. 24. صَبًا semper femininum est; vide de Sacy *Gramm. ar.* I. p. 348.

Pag. 60, vs. 5 et ann. 26. Pro عتادى lege عبادى, et pro البتكات lege الفتكات, ita ut versio huius versûs haec sit:

Novi subditi quos possideo, sunt praemium pro beneficiis quae in eos contuli, in eorum hostes [1] impetum faciens tum recentiori tum antiquiori tempore.

—, vs. ult. Lege والمَهامه. *

Pag. 61, vs. 2. Credo legendum esse: «فقضى ان خلعوا ولدَه وقرضوا أَمَدَه».

—, vs. 7 et ann. *c*. Fortasse scripsit 'Ibn-Ḥaijān فانحفزوا *et properarunt;* cf. de hoc verbo Vol. II. p. 106, ann. 115.

—, vs. 8 et ann. 28 et *d*. Verba نصب عليه فهده sine dubio corrupta sunt.

—, vs. 4 a f. Est جمدى الاولى; cf. supra huius Voluminis p. 113.

Pag. 62, vs. 2. Lege لليلتين *, et iterum esse debet جمدى الاولى.

Pag. 63, vs. 2 et ann. 32. Dele hanc annotationem et pro الاصطلاح lege الاصطلام.

—, vs. 5. Auctor sine dubio dicere vult, 'al-Mo'tamidum DCCC feminas devirginasse

1) Nempe Berberos.

(quod quum dicit, hunc principem cum patre confundere videtur; vide Vol. II. p. 48, vs. 11); sed hoc sensu خلع عن dici non potest. Suspicor pro خلع legendum esse جَلَعَ, nam جلع عن idem est atque سفر عن. Al-Ǵauharī: قال ابو عمرو الجالع السافر وقد جلَعَتْ تَجْلَعُ جلوعا وانشد

(الطويل) ومَرّتْ علينا امُّ سُفْيانَ جالعًا فلم تَرَ عينى جالعا مثلها يَمْشى

Pag. 63, vs. 7. Pro وينشر legatur وينثر.

Pag. 64, vs. 18 carminis. Pro دماء legendum est ذَمَاءٌ.

—, vs. 23 carminis. Vox بند nullo modo cum verbo أَحْرَقَ coniungi potest. Legendum est زَنْدٌ.

Pag. 65, vs. 30 carminis. Lege الليالى. *

—, ann. 34. Vs. 5 carminis. In novem versibus prioribus poëta, non patrem, sed se ipsum alloquitur. Hic versus igitur sic vertendus est: *Quodsi praestrictus erat tuorum oculorum acies crimine cuiusdam qui crimen commisit, iusta quam proferre potes excusatio tibi luna erit in tenebris.* Annotatio ad hunc versum deleatur. — Vs. 18 carminis sic vertendus est: *Et mortuus essem nisi ultimus spiritus me impediret quominus morerer; etenim te peccata condonantem cognovi, quando poteras.* — Vs. 23 carminis sic vertatur: *Quodsi aliquid ex eorum dictis cor, igniarii instar, urit, est id* caet. — In vs. 33 carminis pro *laeta* lege *longa.* — Finem huius annotationis iam correxi, dicens poëtam in novem prioribus versibus se ipsum alloqui.

Pag. 67, vs. 2. Haec, ut hîc leguntur, bonum sensum non praebent. Rogat princeps: مِمَّنِ المَلِكُ: necesse igitur est ut etiam responsum a مِنْ incipiat. Iam quum Codex habeat صميم sine articulo, fortasse sic legendum est: فقال الرجل هو مِنْ صميمِ بنى لخم وهم ذؤابةُ بنى يعرب (cf. phrasis, etiam in Lexico enotata: هم ذؤابةُ قومهم).

—, ann. *e.* Pro منزعة lege مترعة.

Pag. 68, vs. 3. Quandoquidem poëta se cum camelo comparat, lectio الحرام hîc ferri non potest. Legendum est الخزام; cf. az-Zamaćšarī in *Asāso 'l-balāga* (sub صعب): خزمتُ انفَ فلانٍ وجعلتُ فى انفه الخزامةَ وفى جَمَلٌ صَعْبٌ غيرُ ذَلول, et (sub خزم): انوفهم الخزائمَ اذا اذللتَه وتسخّرتَه. Igitur in

Pag. 68, ann. 39, vs. 3 lege: In potestate tuâ habes talem qui caeteroquin similis est camelo fraenis obluctanti, sed quem tu facilem et ductilem experta es.

Pag. 69, ann. 41. Lege: *tribum ibi commorantem;* nihil enim aliud significat حىّ حلال, teste ʾaz-Zamaćšarī in *Asāso ʾl-balāga* (sub حل): حىّ حلّة وحلال حالّون فى مكان ✿

—, ann. 42. Cf. p. 263.

Pag. 70, vs. 2 et ann. *b*. Requiritur altera lectio لا تَرْعَ.

—, ann. 42, vs. 6. الحُرَق est plur. ab حُرْقَة, qui Lexico addatur; cf. Hoogvliet *Spec.* p. 50, vs. 9, et versus apud ʿArīb I. p. ١٢٢, vs. 10 ed. meae. Versus itaque sic vertendus est: *Ne timeas lachrymas, ex nostris oculis effluentes, quas vehemens in pectore ardor* (pp. manûs ardoris) *cum sanguine miscuit.* Eundem illum alloquitur poëta quem allocutus erat in versu praecedente, dicitque: Ne nobis vitio vertas lachrymas quas fundimus, sanguine mixtas; ne putes illas ignaviae esse indicium! Etenim, ut pergit in sqq., maximis calamitatibus afflicti sumus caet. — Vs. 11. Lege: *Fuerunt e nostrâ gente antiquis temporibus reges de quibus* caet. (loquitur de regibus ʾal-Ḥīrae, quos nominat in vs. sq.).

Pag. 71, vs. 1. Lege منها. *

—, vs. 11. Lege الدَّنيّة. *

Pag. 73, ann. 49. Lege جاز. * قسيم est *hemistichium*, ut dixi Vol. II. p. 152, ann. 39 in f.

Pag. 74, vs. ult. et ann. *b*. Quandoquidem Codex تُرْفَة offert, non تُرْفَة legendum est, sed نُزْهَة.

Pag. 75, vs. 10. Lege عبّاد. *

Pag. 77, vs. 7. Lege كُنْتُ. *

—, vs. 2 a f. Pronuntia بنجدّى; nempe بنجدّى ونقصه hîc idem est atque بنقص جدّى.

—, ann. 58, vs. 2 a f. sq. Pronuntiandum videtur دعوةً in accusativo, ita ut verbum *exaudi* subintelligatur. Vertendum igitur est: *Exaudi preces illius qui sperat ut tuâ veniâ gaudeat, quâ si gaudet, ad nullum aliud ei viae angustae erunt*, i. e. omnia

perpetrare poterit quae iubes. — In sq. paginâ, vs. 6 sq. annotationis, sic lege: *quibus sanguinem effundere tam ex more et consuetudine erat quam dactylos carpere*, et vs. 8: *quando cogito de meâ incuriâ* (negligentiâ).

Pag. 78, vs. ult. et ann. *a*, p. 79, vs. ult. carminis et observatio ad hunc versum. Delenda sunt quae de ultimo versu observavi. In textu legendum est: تَنْحَلُوا, et verba لا تنحلوا شعرى سواى تشكّكا significant: *Ne tu, dubio animo, carmen meum alii quam mihi attribuas.* Verborum quae sequuntur sensus est: nam hoc carmen tam pulchrum est, ut facile a meliore poëtâ profectum esse videatur.

Pag. 80, vs. 3 et ann. 61, vs. 2. Pronuntia ويُغْرَى, et verte: *adhaerent praestantibus viris, ita ut* caet.

—, ann. 63. De Mālico ibn-Wohaib vide meam *Histoire des musulmans d'Espagne* IV. p. 252.

Pag. 81, vs. 5 sq., et ann. 66. Servanda est lectio Codicis صاغِرًا; lege خسفٌ أُسامُ به, et وتأبّى همّة لِلْمحتسب.* Etiam nunc credo, Ibno-'l-Abbārum male pronuntiasse المحتسَب, et nimis longe quaesitam esse eius interpretationem; est enim المحتسِب idem atque المقدَّم للحِسْبة, quod praecedit. Sed reliqua quae dixi partim falsa sunt et versûs sic sunt vertendi:

Nonne durus est casus quod ego arcessor ut tamquam vilis homo scriba fiam mohtasibi?

Est ignominia quâ afficior, dum tamen nobilis quae mihi inest indoles Lacmīdica nihil aliud vult quam honorem meum intactum servare.

Acceperat igitur Šarafo-'d-daula sibi oblatum munus, paupertate coactus, sed quaeritur se, nobilem et doctum virum, scribam esse apud virum indoctum.

Pag. 82, ann. 67. Alia exempla 5ae formae verbi جال exstant infra p. 141, vs. 5, et in Wrightii Glossario ad Ibn-Ġobairum p. 19.

—, vs. 3 a f. Legendum est مُخْبِر.

Pag. 83, vs. 7. Hic versus sine dubio corruptus est.

—, ann. 69. Vs. 3 et 4 sic legendi sunt:

Multa quae mali ominis sunt de eâ referunt narratores, calami

Et solertes nobilesque viri, qui versûs componunt.

Versus 9, in quo subiectum verborum est كَلِمٌ (*verba*) sic pronuntiandus est:

عَظُمَتْ ان نَظَمَتْ مَجْدَ قومٍ عُدِموا

et vertendus:

Nobilia sunt (tua verba), quandoquidem carmine celebrarunt laudem gentis quae evanuit.

Quae annotavi ad vss. 3 et 9 itaque deleantur.

Pag. 84, ann. 70, vs. ult. Lege: Quamquam destituar a tuo congressu pro quo gratias tibi agerem, tu tamen habitas in intimo meo pectore et in oculi mei pupulâ. — Annotatio quam addidi deleatur, nam forma زَهَرَة in Lexico est enotata, et in ultimo versu non est aposiopesis.

Pag. 85, vs. 5. Pronuntia وردتّ.

